



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Œcumenica Cathedræ Apostolicæ Avthoritas**

**Reding, Augustin**

**[Ort nicht ermittelt], Anno M.DC.LXXXIX.**


Articulus IV. De Infallibilitate Romani Pontificis in decidendis fidei, seu etiam morum quæstionibus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38717**

## ARTICULUS IV.

## DE

*Infallibilitate Romani Pontificis in decidendis fidei, seu etiam morum questionibus.*

1.  **L**erus Gallicanus in prædica declaratione sua formavit quartum articulum sub hoc tenore: *In fidei quoque questionibus præcipue Summi Pontificis sunt partes, cujus decretâ ad omnes & singulas Ecclesias pertinent, nec tamen irreformabile est iudicium, nisi Ecclesie consensus accesserit.* Author libertatum Ecclesie Gallicane lib. 7. cap. 1. disquirat, si Papæ iudicium in fidei dogmatibus definiendis, non sit irreformabile, in quoniam consistere dicenda sint illa præcipue Summi Pontificis partes? An quod primus sententiam suam de ijs promere debeat, quemadmodum Africana Concilia professa sunt in epist. ad Theodorum Papam, quæ lecta est in Concilio Lateranensi sub Martino I. Theodori successore anno 539. his verbis: *Antiquis enim regulis sancitum est, ut quidquid, quamvis in remotis, vel in longinquo positis ageretur provincijs, non prius tractandum, vel accipiendum sit, nisi ad notitiam almæ Sedis vestræ fuisset deductum, & hujus autoritate iustâ, quæ fuisset pronuntiatio, firmaretur.* At quantis laudibus donatus est ab Episcopis anno 1681. Parisijs congregatis liber Ioannis Gerbasij de causis majoribus, in quo primùm illarum iudicium ad Episcopos, & Concilia Provincialia pertinere contendit?

2. An Summi Pontificis prærogativa in eo erit, ut quæ à Concilijs Oecumenicis decreta fuerint, eorum ipse urgeat executionem? Sed hæc cura Summi Pontificis dignitatem non tam arguit, quàm tollit, quandoquidem merus executor constituitur, sine facultate interpretandi iudicij, ita saltem, ut illa interpretatio irreformabilis sit, atque adeò ad consensum internum fideles ardeat.

3. At privilegium illud sanctæ Sedis ad hoc valebit; ut eius decreta ad omnes, & singulas Ecclesias pertineant. Verùm non ejus, sed Conciliorum Generalium decreta id sibi vendicabunt; siquidem penes illa, non penes Papam, est autoritas, controversias fidei iudicandi irreformabiliter. Quod enim fortasse aliquis reponat, interim, dum expectatur Concilium Oecumenicum; standum esset iudicio Papæ, efficit, ut publicè contradicere nemo debeat (quod ad politicam quandam externam referendum est) non autem ut ei

quisquam interius assentiri teneatur, quandoquidem errori obnoxium est. Sed nec primum quidem illud efficit, saltem si Gerbasio credimus.

Gerbasius quippe de examinatione doctrinarum par. 1. considerat. s. docet, non solum Concilium Oecumenicum, aut Nationale, vel Provinciale, sed Doctorem quemlibet posse Summo Pontifici obistere, manifestum errorem contra fidem proponenti. Staret, quod aliquis simplex non autorizatus, esset tam excellenter in sacris Literis eruditus, quod plures esset credendum in casu doctrinae suae assertor, quàm Papa declarationi; constat enim, plus esse credendum Evangelio, quàm Papæ; si doceret igitur talis eruditus, veritatem aliquam in Evangelio contineri, ubi & Papa nesciret, vel aliter rareret, patet, cujus præferendum sit iudicium. Quæ autem veritas in Evangelio adeò expressa esse potest, antequam ab Ecclesia declarata sit, quæ non alicui Doctori, vel etiam pluribus, error manifestus non possit apparere? Quæ ergo poterit autoritate comprimere Doctor ita affectus, interim, dum conveniret Concilium, ut quodlibet consensus Ecclesie accesserit, prout requirunt Antiquitates Gallicani?

Quæ verò ratione dignosci poterit Ecclesie consensus, si Provincia Christiana circa illam controversiam inter se dissentiam? An illa vera Ecclesia censetur, quæ Caput omnium, Romano scilicet Pontifici adharebit? Recurret idem inconveniens, quod scilicet illius iudicium, si non sit irreformabile, possit fideles in errorem pellicere.

Verùm ut videas, quantum Summi Pontificis sententiæ plerique Gallicani Doctores honorem deferant; & utrum ei provisionaliter obtemperant; aut saltem, silentio illam venerentur, ad ea, quæ non ita pridem gesta sunt, oculos converte. Exigitur à Catholicis in Anglia degentibus juramentum, hæc inter alias clausulam continens; *Præterea juro, quod ex corde abhorreo, detestor, & abjuro tanquam impiam, & hæreticam hæc doctrinam, & propositionem, quod Principes per Papam excommunicati, vel deprivati, possint per suos subditos, vel alios quoscunque deponi, vel occidi.* Paulus V. in Brevi ad Catholicos Anglos dato 23. Septembris 1606. in quo insertus est prædicti

disi iuramenti tenor, illud his verbis repro-
bat: Quæ cum ita sint, vobis ex verbis ipsis
perspicuum esse debet, quid huiusmodi iuramen-
tum, saluâ fide Catholica & salute animarum ve-
strarum, præstari non potest, cum multa contineat,
quæ fidei & salutis aperte adversantur. Quia
verò nonnulli Breve illud Summo Pontifici
de rei veritate plenè non instructo subrepti-
tium causabantur; Non ex animi nostri senten-
tia, nostraque propria voluntate, sed potius alio-
rum intuitu, & industria, inquit Summus Pon-
tifex ea de re conquerens in altero Brevis
dato 23. Octobris 1607. addidit: Eapropter ad
vos iterum scribere decrevimus, ac denuò vobis
significare, litteras nostras Apostolicas anno præ-
terito 10. Kal. Octobris datas de prohibitione iura-
menti non solùm motu proprio, & ex certa nostra
scientia, verùm etiam post longam, & gravem
deliberationem de omnibus, quæ in illis continentur,
adhibitam, fuisse scriptas, & ob id teneri vos illas
omniò observare, omni interpretatione secus re-
jectâ. Hæc est autem mera, pura, integræque
voluntas nostra, &c. Nihilominus Doctores
Parisienses, quos illam Papæ sententiam la-
tuisse non potest, sic censuerunt. Nos infra
scripti sacra Facultatis Parisiensis Doctores
Theologi censuerunt, iurandum, ut in obversa
pagina conceptum est, saluâ fide, & intâ conscien-
tiâ, à Catholicis anglis jurari posse, si modo in
propositione, quæ est de eade Principum, quæ
damnatur ut hæretica, verba deponi, & occidi con-
iunctim accipiantur: imò etsi divisim, ita ut ta-
men propositio hæretica materialiter, id est, verbo
Dei contraria sinatur; quatenus posse Principes
deponi essent, formaliter verò etiam quatenus &
occidi posse, superaddit. Deliberatum, datûm-
que Parisijs die 16. Augusti anno 1680. subscribere
f6. Doctores die 19. Augusti anno 1680.

7. Sed consideremus, utrùm declaratio Illu-
strissimorum Prælulorum Gallicanorum cum
Scriptura sacra consentiat, aut sacris Cano-
nibus, & Patrum traditione, quæ sunt fun-
damenta libertatum Ecclesiæ Gallicanæ, ni-
tatur; an non potius verum sit, quod aliqui
scripserunt, eam sententiam nonnisi post
schisma tempore Concilij Constantiensis in
lucem editam; antea verò iudicium Summi
Pontificis tanquam indubitatum habitum
fuisse, non propter, aut post Ecclesiæ con-
sentium, sed etiam propter non errandi pri-
vilegium B. Petro, & eius successoribus à
Christo collatum.

8. Porro ipsa propositio, quam hîc expen-
dimus, satis declarat, non agi de Papæ, tan-
quam privatæ personæ, opinionibus; sed de
ipsius tanquam Summi Pastoris, & Pontifi-
cis totam Ecclesiam instruents doctrinâ; uno
verbo, de decretis, quæ ad omnes & sin-
gulas Ecclesias pertineant; idque in fidei
quæstionibus.

9. Non disquirimus etiam; An Summus
Pontifex aliquam fidei quæstionem definitu-
rus egeat consilio, & quo, quæve aliâ dili-
gentiâ uti debeat. Supponimus enim, ipsam,
ne Deum tenet, mediâ teneri adhibere ad
cognoscendam veritatem ordinata. Sed si
Divina providentia eum ad finem, id est,

fidei veritatem certò, tutoque assequendam
dirigat, sinè dubio ad assumenda mediâ ne-
cessaria etiam inducet. In eo igitur sistimus;
An Papæ iudicium, nisi Ecclesiæ consensus
acceserit, incertum sit, & reformationi ob-
noxium, concurrentibus quibusvis alijs con-
ditionibus?

Author veritatis inextinctæ Concilij Triden-
tini in præfat. tom. 3. n. 40. rei huius statum in-
dagat sub ista quæstione. Dum Clerus, in-
quiens, Gallicanus verbis dilucidis fateretur,
in fidei quæstionibus præcipuas esse Summi
Pontificis partes, an non per hæc verba in-
tendit, in eodem Summo Pontifice profiteri
vicarium Christi characterem, sub quo ita
oporteat, stare Oecumenicum Concilium in
nomine Christi, sive ex normâ per hunc con-
stitutâ aggregandum, ut ex talis vicarij Christi
characteris formâ subsistat Christi astitentia,
fidei decretis taliter contentis infallibilitatem
repromittentis? Quo sic constituto, hoc sal-
tem, ut fateatur Clerus Gallicanus, necessum
est, Concilij nempe ex universis licet Chri-
stianitatis nationibus, absque tamen charac-
tere seu nomine Christi Vicario aggregatis,
neque competere infallibilitatem, neque ple-
nam autoritatem in condendis fidei Decre-
tis. Insuper ex ejusdem articuli verbis dilu-
cidum apparet, a Clero Gallicano haud de-
negari Summo Pontifici autoritatem, extra
Ecclesiæ consensum, sinè Oecumenici adeò
Concilij interventu, decidendi ac definiendi
fidei quæstiones, tametsi consummatam in his-
ce infallibilitatem negare videatur Summo Pon-
tifici, nisi Ecclesiæ consensus accesserit. De
quo proinde puncto, quid concludendum sit,
patebit ex sequentibus disquisitionibus; quarum
prima dicitur; Qualis sit Romani Pontificis
Primalus; Secunda; An, & quanta sit Summi
Pontificis antecedenter ad Ecclesiæ consensum in-
fallibilitas in decidendis fidei dogmatibus? Tertia;
Utrùm huius iudicij infallibilitas proferri irrefor-
mabilis ostendi possit ex sacris Litteris? Quarta; Utrùm
demonstrari queat ex sacris Canonibus, & Con-
cilij Oecumenicis? Quinta; An ex unanimi
Patrum consensu, & praxi Ecclesiæ, rationeque
Theologica? Sexta expendit quæ Elliesius circa
Papæ in rebus fidei infallibilitatem opponere nititur.
Quibus tandem subnectetur corollarium finale, quo inter alia expenditur, quæ
hanc in rem Author inextinctæ veritatis Con-
cilij Tridentini cu. præfat. ad 10. 3. à n. 41. in me-
dium protulit.

DISQUISITIO I.

De Primatu Romani Pontificis.

IN omnibus instituti præsentis articulis oc-
currebant materiæ hunc Apostolicum Ro-
manæ Ecclesiæ Primatum concernentes;
quia tamen Ludovicus Ellies du Pin sacre
facultatis Theologicæ Parisiensis Doctor in
suâ circa antiquam Ecclesiæ disciplinam dissertatio-
ne quartâ nititur Sacre Scripturæ fundamen-
ta, qui-



ta, quibus Primatus ille fulcitur, concutere, operæpretium est visum, quarto Cleri Gallicani circa Pontificiam auctoritatem articulo deinceps discutendo præmittere argumentorum ac exceptionum eum Primatum, uti patebit, haud parùm deprimentium, à dicto Ellicio adductorum accuratorem discussionem. Qui porrò Theologus in præata dissertationis suæ præloquis dicit, consiliū sibi esse, sine ira & studio de Primatu Romani Pontificis disserere, & quæstionem hanc non in disputantis, sed potius in quærentis modum tractare. Liceat ergo mihi ad ea, quæ in modum quærentis hinc proponenda dicuntur, absque ullius pariter affectūs minūs integri studio respondere, resolutionemque veritati consonam in medium proferre.

## S. I.

Vtrum, & quomodo Primatus S. Petri possit ex Scripturis Divinis demonstrari?

2. **EL**licij in hoc paragrapho præcipua intentio est, expendere sacræ Scripturæ testimonia, quæ ad demonstrandum Petri inter Apostolos Primatum Bellarminus & alij adducunt tum sub istis *Matthæi. 16.* ad Petrum à Christo prolatis verbis: *Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam;* Tum sub hoc sacro contextu: *Tibi dabo claves regni Cælorum;* Tum sub vocibus *Ioannis vlt. ad Petrum determinatè directis Christi verbis: Pasce oves meas, pace agnos meos.* Videamus ergo impræsentiarum, quomodo Ellicij hæc fundamenta concutere conati exceptiones convelli valeant.

## ARGUMENTUM I. Ellicij.

3. **H**ic author excipit primò. Locum illum, *Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam;* ab Interpretibus, & sanctis Patribus variè exponi. Sunt enim non pauci, qui per Petrum hinc intelligunt fidem & confessionem Petri. Ita Hilarius lib. 6. de Trinit. Super hanc igitur confessionis Petram Ecclesiæ ædificatio est. Greg. Nyss. in opere de adventu Domini: *Petra verò fidei tanquam fundamentum, ut ipse Dominus ait ad Principem Apostolorum: Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam: super confessione videlicet Christi, quia dixerat: Tu es Christus filius Dei viventis.* Ambros. lib. 6. in Luc. & in cap. 11. Ep. ad Ephes. Super istam Petram ædificabo Ecclesiam meam hoc est, in Catholica fidei confessione statuam fideles ad vitam. Idem de Incarnat. c. 5. Non enim de carne Petri, sed de fide dictum est; quia portæ mortis ei non prævalebunt, sed confessio vincit infernum, Chrysost. hom. 55. super Matth. Super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam; id est, fidem, supple super, & confessionem. Idem habet ibid. homil. 83. & cap. 9. Epist. ad Galatas, & in serm. de penit. *Tu es Petrus, & super hanc Petram: non dixit super Petrum, non enim super hominem, sed super fidem fundata est Ecclesia.* Hunc sensum fuse explicat Augustinus

tract. 123. in Ioannem: *Non enim, inquit, à Petro Petra, sed Petrus à Petra: adeo quippe, ait Dominus, super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam, quia dixerat Petrus: Tu es Filius Dei vivi. Super hanc ergo, inquit, Petram, quam confessus est, ædificabo Ecclesiam meam; Petra enim erat Christus, &c. Et sermone 13. de verbis Domini: Tu es ergo, inquit, Petrus, & super hanc Petram, quam confessus es; super hanc Petram, quam cognovisti, dicens, tu es Christus Filius Dei vivi; ædificabo Ecclesiam meam; id est, super me ipsum Filium Dei vivi, super me ædificabo te, non super te me. Acacius Melitencis in homil. in Conc. Ephes. cap. 7. p. 3. eundem sequitur: *Hæc fides, inquit, nostra, super hoc fundamentum Ecclesia ædificata est.* Adhuc pulator Cyrillus Alex. lib. 4. de Trinit. Petram, inquit, opinor, nihil aliud, quam incunctam & firmissimam fidem vocans. Idem habet tom. 14. in Esa. orat. 11. Item Juvenalis Hierosol. in litteris Synædicis. Super hanc Petram & super hanc confessionem roborata est Ecclesia Dei. Theodoret. Ep. 146. & 77. confessionem Petri fundamentum & basim asserit. Ita etiam exponunt hunc locum Anonymus scriptor in *Catenâ Nicetâ: Petrum, inquit, confessionem vocavit. Gregor. Mag. Ep. lib. 3. Ep. 33. Felix III. Ep. 5. ad Zenonem. Ildorus Hils. lib. 7. orig. Beda homil. de Sancto Petro, & homil. 3. in Dominic. Palmarius Druthmarum in cap. Matth. c. 37. Hinc. opuscul. 33. cap. 5. & 65. Rupert. lib. 3. in Matth. Tostatus in hunc locum, & alij. Ab istâ expositione non multum abluunt ij, qui Petrum interpretantur Christum, quem Petrus erat confessus,**

Ita Hier. in cap. 7. Matth. ac præcipue Aug. qui in lib. retractat cap. 21. hanc expositionem cum altera componit, & neutram alteri præfert in lib. contra Ep. Donati: *Dixi in quodam loco de Apostolo Petro, quod in illo tanquam in Petrà fundata sit Ecclesia, quo sensu etiam cantatur in ore multorum in versibus beatissimi Ambrosij; ubi de Gallo Gallinaco ait: Hoc ipse petra Ecclesiæ canente, culpam diluit; scio, me postea sæpissimè sic exposuisse, quod à Domino dictum est: Tu es Petrus, &c. ut super hanc intelligatur, quam confessus est Petrus, dicens; Tu es filius Dei vivi, ac si Petrus ab hac Petrà appellatus personam Ecclesiæ figuraret. . . . harum autem duarum sententiarum que sit probabilior, elegit testari. Vide eundem tract. 124. in Ioannem & serm. 13. De verbis Domini. Huic adjungendus Theodoritus in cap. 3. Ep. 1. ad Corinth. Beda in cap. 16. Matth. Magister in cap. 2. Ep. ad Ephes. & alios, quos videre poteris apud Launolium Ep. part. 5. Ep. ad Voellum.*

Alia porrò expositio est, nomine Petra ipsum Petrum intelligi. Tertul. in lib. de præscript. heretiorum. Latuit, inquit, aliquid Petrum ædificanda Ecclesiæ Petram dictum. Et in lib. de Monogam. c. 7. Origenes homil. 5. in Exodum: unde magno illi Ecclesiæ fundamento, & Petrà solidissima, super quam Christus fundavit Ecclesiam, dicitur à Domino modicæ fidei: & quare dubitasti? Et apud Eusebium lib. 6. hist. c. 19. Petrus, super quem Christi Ec-

Ecclesia. Cyro. Ep. ad Iul. Petro, super quem Dominus edificavit Ecclesiam. Ecclesia, que una est super Petrum. Item lib. de unit. Eccle. & Firmit. Ep. ad ipsum Hil. Can. 16. In Matth. in nuncupatione novi nominis salix Ecclesia fundamentum. In Psal. 137. Cui Petro superius claves Regni Caelorum dederat, super quem edificaturus erat Ecclesiam. Hieronymus Ep. 57. ad Damasum: Beatitudini tue, id est, Cathedre Petri in communione confessor, super illam Petram edificavit Ecclesiam scio. Et in Ep. ad Marcellam: Si igitur Apostolus Petrus super quem Dominus fundavit Ecclesiam. August. in lib. de vera. supra, eandem expositionem tradit. Item Cyrillus lib. 2. in Ioann. Leo Ep. 75. Maximus Taurinensis in hom. de Petro & Paulo, Theophylactus, & alij.

Denique non hoc tantum de Petro, sed & de alijs Apostolis dictum esse, affirmant plerique; Origenes tract. 1. super cap. 16. Matth. Tu es Petrus. Petra enim est, inquit, quilibet Christi discipulus, & super talem Petram construitur omnis Ecclesiastica doctrina. . . . Quod si super illum unum Petrum tantum existimas edificari totam Ecclesiam, quid dicitur esse de Ioanne suo Tonitru, & Apostolorum unoquoque. Cyprian. Ep. 27. de omnibus Episcopis id dictum esse ait. Hieron. lib. 3. contra Iovin. At dicis, super Petrum fundatur Ecclesia, licet id ipsum in alio loco super omnes Apostolos fiat. . . . tamen propterea inter omnes unus eligitur, ut Capite constituto, schismatis tollatur occasio. Et in Psal. 86. cunctos Apostolos Ecclesie fundamenta esse dicit. Basil. in cap. 1. Bra. ait, Ecclesiam edificatam in Apostolis, quorum unus est Petrus. Aug. in Psal. 86. Apostolos omnes fundamenta Ecclesie appellat; & Epist. 165. ait, hunc Petrum dictam fuisse, eo quod gereret totius Ecclesie personam. Theodor. in Psal. 86. Fundamenta vocat Apostolos. Deinde Palchalius Rabertus lib. 4. in Matth. Non super unum Petrum, verum super omnes Apostolos, apostolorumque successores Ecclesia Dei edificatur: unde David. Fundamenta eius in montibus sanctis.

Refutatio istarum exceptionum.

Primò igitur ponamus, secundum Patres ab Eliesio allegatos sub Petra, super quam edificata est Ecclesia, intelligi confessionem Petri, qua dixit: Tu es Christus Filius Dei vivi. At eo ipso, quod istud Ecclesie edificium sit perpetuum & adeò firmum, ut portæ inferi non sint adversus illud prævalitura, oportet, etiam petram, seu fundamentum, stare inconcussam non tantum in persona Petri, sed pro perpetuo Ecclesie statu usque ad consummationem sæculi. Illa ipsa autem verba sunt dicta Petro, quæ totius Ecclesie figuram gerenti propter Apostolatûs primatum, ex Sancto Augustino superius citato. Oportet igitur, illam fidei confessionem seu petram Ecclesie ita stare inconcussam pro perpetuo Ecclesie statu, ut consequentur etiam Apostolatûs primatus, ratione cuius Petro sunt dicta illa verba, sit perpetuus, habeatque perpetuò secum connexam fidei firmitatem, seu petram

Ecclesie. Atqui ista in Apostolatûs principatu perpetuitas, in quæ cum fidei firmitate connexio non subliteret, nisi transisset in successores usque ad consummationem sæculi futuros. Quare admissis & ponderatis illis per Eliesium allegatis Patrum sententijs, consequens est, usque ad extremum iudicij diem fore successionem in primatu Apostolatûs connexam cum fidei firmitate. Quamvis proinde Augustino lib. 1. Retract. cap. 26. advertente, dux jam pro tunc extiterint illorum verborum super hanc petram, Patrum expositiones, ita, ut aliqui per petram Petrum, alij fidei confessionem à Petro editam intelligerent, constat tamen, ambas reicidere in idem, ac æquæ efficaces esse ad probandam Apostolici primatûs in Ecclesia cum fidei firmitate connexam successionem. Unde hoc tantum discriminis est, quod expositio prior consideret illum textum formaliter secundum id, quod est formale, posterior autem subjective ac materialiter, secundum subiectum scilicet, in quo illa fidei firmitas esset connexa cum Apostolatûs primatu ac potestate clavium.

Secundò. Admittamus alteram quoque expositionem, secundum quam verbis: Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiam, intelligitur Christus, de quo Apollolus Paulus pariter dixit: Fundamentam atrud (Ecclesie) poni non posse præter id, quod positum est, quod est Christus. Nam hoc minime obstante, ipsemet Divus Augustinus per Eliesium ad. 8. tract. 124. in Ioannem ita dicit de Petro: Solutus inter Apostolos meritum attendit: Tu es Petrus, & super hanc petram &c. dignus certe, qui edificandis populis in dom. Dei lapis esset ad fundamentum, columna ad sustentaculum, clavis ad regnum. Authoritas ergo sacre Scripturæ solum Christum eatenus statuit fundamentum ac lapidem Ecclesie, ut super hoc tamen fundamentum detur aliud, seu lapis fundamenti superstructus, cui conveniat, esse petram seu fundamentum Ecclesie non primarium & absolute instar Christi, sed vicariè duntaxat, secundariò, seu partissipativè.

Tertio. Ponamus denud, si prædicta Christi Domini verba ita exponi debeant, ut nomine Pet. & intelligatur Petrus, debere tunc eam Christi sententiam non tantum de Petro, sed alijs etiam Apostolis dictam accipere. Nihilominus super hæc Apostolorum paritate ac æqualitate quoad auctoritatem Apostolicam, oportet, sequentem reliquorum SS. Patrum doctrinæ prorsus conformem facere reflexionem, quam S. Cyprianus lib. 1. epist. 3. ad Cornelium ob oculos nostros posuit: Hoc erant utique, inquit, ceteri Apostoli, quod fuit Petrus, pari consortio præditi & honoris & potestatis, sed exordium ab unitate presbiterura Primatus Petro datus, ut una Ecclesia & Cathedra monstraretur. En igitur, Apostoli ita erant pari honoris, & potestatis consortio præditi, ut exordium tamen (quod à Neotheticis dolose omittitur) ab unitate proficereetur. Hoc autem fit, quatenus Petro

concedit Chri... Petrus... ecclesia... fundamentum... Petrus... ecclesia... fundamentum... Petrus... ecclesia... fundamentum...

ita datus est primatus, ut una Ecclesia & Cathedra monstraretur. Atqui primatus Cathedralis importat potestatem ordinariam in successores transferibilem. Inde ipse quoque Cyprianus lib. 1. Epist. 3. ad Cornel. Papam agnoscit unum in Ecclesia ad tempus sacerdotem, & ad tempus iudicem vices Christi agentem, cui ita obtemperandum esse, ait, ut non aliunde hæreses obortas esse asserat, nisi quod ipsi non obtemperetur. Hunc ipsum verò Sacerdotem loco cit. ita agnoscit in Romanâ Ecclesia, ut hanc dicat Cathedralis Petri, & Ecclesiam principalem, unde unitas Sacerdotalis exorta sit. Et hinc in Epist. 73. ad Iubascaram ait: Nos unius Ecclesie Caput Iudicem tenemus. Constat igitur, Cyprianum ita agnoscere in cæteris Apostolis æqualem respectu totius Ecclesie, extraordinariam tamen per modum legationis personalis potestatem, ut uni tamen Petro, ejusque successoribus collatam contendat primatus potestatem ordinariam, super quâ erigenda foret Cathedra; in successores ad eod. transferibilis. Videte igitur, & attendite, hæreses secundum Cyprianum ex eo obortiri, quod istius Cathedralis Sacerdoti uni, ceu Capiti & Iudici vices Christi agenti non obtemperetur.

#### ARGUMENTUM II. Ellicij.

10. **P**ergit hic author secundò excipere. Ex prima & secundâ illorum Christi, Tu es Petrus &c. verborum præadductâ expositione, nullam ferè Petri supra cæteros Apostolos prærogativam colligi, nam ex ijs minimè sequitur, Petrum esse fundamentum Ecclesie, imò id vel Christo, vel confessioni & fidei, quam emiserat Petrus, adaptatur. In tertîâ autem expositione, oportere, ut fateamur, Petrum esse fundamentum Ecclesie, sed inde non videtur sequi, eum Apostolis omnibus superiorem fuisse, cum ex quartâ expositione constet, idem de Apostolis omnibus dictum. Et certè ratio fundamenti hinc consistit in promulgatione Evangelij & Ecclesiarum administratione; sed hæc non secus Apostolis cæteris, ac Petro data sunt, & illi non secus ac Petrus hoc sensu dicuntur fundamentum Ecclesie. Ephes 2. *Edificati supra fundamentum Apostolorum & Prophetarum.* Et Apocalyps. c. 21. *Et murus Civitatis habens fundamenta duodecim, & ipsis duodecim nomina, duodecim Apostolorum Agni.* Nec aliud probant allata à Bellarmino testimonia. Chryl. homil. 55. in Matth. Petrum futurum esse dicit eo sensu fundamentum, quod Ecclesie Pastor futurus sit & Evangelij Prædicator: cum verò dicitur Petrum præpositum esse universo terrarum orbi, sensus non est, quod omnibus omninò Ecclesijs sit præpositus, sed quod non uni populo, ut Ieremias, sed omni Genti Evangelium esset annuntiaturus, Ieremiam quidem uni Genti Pater, Petrum autem universo terrarum orbi Christus proposuit. Similiter Author sermonis 47. apud Ambros. non aliâ ratione Petrum, ait, esse saxum immobile,

quod totius operis Christianissimi compagem, molemq. contineat, nisi quia primus nationibus fidei fundamenta proposuerit. Gregorius denique, qui tertius est à Bellarmino testis allatus, ait Ep. 32. lib. 4. Petro totius Ecclesie curam esse commissam, sed idem de se Paulus ait, sibi sollicitudinem omnium Ecclesiarum incumbere. Itaqueposito, quod hæc verba: & super hanc petram, à Christo de personâ Petri dicta sint, ut ego probabilis esse arbitror, nihil aliud his sibi vult Christus, quàm Petrum ad ædificationem Ecclesie, hoc est, fidelium conversionem & Ecclesiarum administrationem plurimùm laboraturum. Ad summum igitur inde deduci potest, eum primum ac præcipuum fore inter eos, qui Evangelium erant annuntiaturo: at inde colligi minimè potest cum Bellarmino, Petro totius Ecclesie regimen esse commissum, præsertim circa fidem.

#### Refutatio istius hujus exceptionis.

**E**cclisæ sanctæ Doctores Hieronymus & Ambrosius, imò ipsam quoque Ephesinam primam Synodum (ut alios inferius adducendos hic prætermittam) ex illo sacro textu, Tu es Petrus, argumentantes audiamus, ad videndum, quantum spiritus ipsorum fuerit discrepans à spiritu Ellicij contendenti, inde tantum deduci, Petrum fore primum ac præcipuum inter eos, qui Evangelium erant annuntiaturo. Sic proinde sanctus Hieronymus epist. ad Damasum Papam de hypostasibus ratiocinabatur: *Beatitudini tuæ, id est Petri Cathedralis communiōe socior. Super illam petram ædificatam Ecclesiam scio. Quicumque extra hanc domum ægnum comederit, prophanus est. Si quis in aëre Noe non fuerit, peribit regnante diluvio. Extra: Quicumque tecum non colligit, spargit. Hæc est, qui Christi non est, Antichristi est.* Ex quo patet, Petri Cathedralis secundum Divinum Hieronymum, fuisse illam ipsam, cui insidebat Damasus Papa, atque ad eod. ejus quovis tempore successor. At super hanc ipsam Cathedralis ceu petram sanctus Doctor citatus ait, ædificatam esse Ecclesiam. In illâ autem Cathedralis, super quâ ceu petrâ est ædificata Ecclesia, secundum Christi promissionem sunt claves regni cælorum cum indefinitâ ac universali potestate ligandi ac solvendi. Planum igitur est, sanctum Hieronymum omninò ejus fuisse mentis, quod Cathedra Romani Pontificis respectu universalis Ecclesie, quæ supra ipsum ceu petram fundata est, habeat indefinitam clavium potestatem ad solvendum ac ligandum.

Deinde S. Ambrosius serm. 47. ita distulerebat: *Petrus tanquam bonus Pastor tendens gregem accepit, ut, qui sibi ante infirmus fuerat, fieret omnibus firmamentum; denique pro soliditate durationis Ecclesiarum Petra dicitur, sicut ait Dominus. Tu es Petrus, & super hanc petram &c.* En igitur, curam Pastoralem Gregis Christiani Petro tanquam Ecclesie Petri commissam. At ista cura eatenus importat Primatum honoris & ordinis, ut propterea dixi.

dixerit idem Ambrosius ad cap. 1. Galat. Dig-  
num erat (inquiens) ut cuperet (Paulus) vide-  
dere Petrum, qui primus erat inter apostolos, cui  
delegerat Salvator curam animarum. Et hinc  
ibid. ad cap. 2. dicit: Christum nominare, & sibi  
comparare Petrum solum, quia primum ipse ac-  
cepit ad fundandam Ecclesiam. Et infra: Solum  
Petrum ait, gratia Primatus inter apostolos est  
commissa. Qui proinde honoris, & ordinis,  
utpote Iurisdictionem & Curam Ecclesie im-  
portans Primatus, in ipso etiam Petri succes-  
sore Romano Pontifice est agnitus ab Am-  
brosio in cap. 3. ad Timoth. 1. sic scribente:  
Cum totus mundus Dei, tamen ejus domus Ec-  
clesia dicitur, cujus rector est Damasus. Et Orat.  
in Saturnum: Percontatus Episcopus est, si cum  
Episcopis Catholicis, hoc est, si cum Romana Ec-  
clesia convenerit.

13. Denique Ephesina prima Synodus ita ar-  
gumentabatur. Nulli dubium est, imò omnibus  
seculis notum est, quòd sanctus, beatissimisque  
Petrus Apostolorum caput, fideique columna, &  
Ecclesia Catholica fundamentum à Domino nostro  
Iesu Christo claves regni accepit, qui ad hoc usque  
tempus, & semper in successoribus vivit, & judi-  
cium exercet. En igitur sanctam antiquitatem  
in Petro, ejusque successore Papà claves regi-  
ni, & auctoritatem Capituli ac fundamenti  
Ecclesie tauter agnovisse, ut beatus Petrus  
omnibus seculis in ipso vixerit, imò semper  
judicium exerciturus sit.

ARGUMENTUM III. Elliesij.

14. Conatur hic Theologus suum antehac ex-  
positum intentum firmare ex sequentibus  
Christi verbis, quibus exponit id, quod di-  
xerat, edificabo Ecclesiam meam. Tibi, inquit,  
dabo claves Regni Calorum, & quocumque liga-  
veris super terram, erit ligatum & in Cælis. Hanc  
enim potestatem clavium, quam Christus hic  
Petro promittit, isdem deinde verbis omni-  
bus omnino Apostolis promittit, Matth. 18. &  
deinceps cunctis largitur, Matth. 28. & Ioan.  
20. Illi igitur oppido falluntur, qui soli Petro  
datas claves esse, autumant. At non ita An-  
tiqui, qui unanimi consensu tradunt, claves  
istas in personâ Petri toti Ecclesie datas.  
Tertull. in Scorpiaco. Memento claves ejus hic  
Dominum Petro, & per eum Ecclesie reliquisse.  
Cyprianus in lib. de unitate Ecclesie ait, Chri-  
stum unum Petrum allocutum esse, ut com-  
mendaret unitatem. Hoc erant utique, inquit  
ceteri Apostoli, quod fuit Petrus, patri consortio  
præditi honoris & potestatis, sed exordium ab uni-  
tate proficiscitur. Exordium dicit promissum:  
Dabo tibi claves, quod deinde cunctis simul  
deicit. Loquitur, inquit, idem ibid. Dominus  
ad Petrum. Ego tibi dico, inquit, quia tu es Pe-  
trus, &c. Super illum unum edificat Ecclesiam,  
quamvis Apostolis omnibus post Resurrectionem  
suam parem potestatem tribuat, & dicat: sicut  
misi me vivens Pater, & ego mitto vos: Si cuius  
remiseritis peccata, &c. tamen ut unitatem  
manifestaret, unitatis ejusdem originem ab uno in-  
cipientem suâ auctoritate disposuit. Hæc verba  
commentario non indigent; uni Petro pro-

missas esse claves, ait, ut unitas commendare-  
tur, cunctis autem revera datas esse. Eodem  
sensu Hieronymus cap. 12. lib. 1. adversus Iovi-  
nin. At dicit, inquit, super petram fundatur Ec-  
clesia, licet idipsum alio in loco super omnes apo-  
stolos fiat, & cuncti claves Regni Calorum acci-  
pant, & ex a quo super illos sortitudo Ecclesie soli-  
detur, tamen propterea inter duodecim unus eligitur,  
ut Capite constituto, schismatis tollatur occa-  
sio. Quibus simile est illud Optati lib 7. Et  
claves Regni Calorum communicandas ceteris (id  
est, quas Christus commendaturus erat cæteris)  
solus accepit. An verò soli Petro dantur  
claves Regni Calorum, nec alius quisquam accep-  
turus? Quòd si dictum, tibi dabo claves Regni Calorum,  
commune est, cur non simul omnia, & quæ dicta  
sunt, & quæ sequuntur, velut ad Petram dicta, sunt  
omnium communia? Gaudentius Brixientis  
tract. in die ordinationis sue. Omnes Apostoli,  
Christo surgente, in Petro claves accipiunt, quin-  
imò cum Petro cælestis Regni claves ab ipso Do-  
mino accipiunt. Ambros. in Psal. 38. Quod Pe-  
tro dicitur, ceteris Apostolis dicitur: Tibi da-  
bo claves. Idem centies inculcat Augustinus.  
In lib. de Agone Christiano c. 30. Ecclesie  
claves Regni Calorum datæ sunt. Concione 2.  
in Pl. 30. Cujus Ecclesie personam gerebat Petrus.  
Enarrat in Pl. 108. Agnoscitur Petrus in figurâ  
gestasse personam Ecclesie ob primatum, quem in  
Discipulis habuit, tract. 50. in Ioannem. Petrus,  
quando claves accepit, Ecclesiam sanctam significa-  
vit: & tract. 108. Unus pro omnibus dixit (tu es  
Filius Dei vivi) & propter hoc claves cum omni-  
bus tanquam personam gerens Ecclesie accepit:  
ideo unus pro omnibus, quia unitas in omnibus,  
Et in serm. de quatuor quæstionibus. Petrus,  
inquit, multis locis Scripturarum apparet, quòd  
personam gesserit Ecclesie, maxime in loco, ubi di-  
ctum est: Tibi dabo claves &c. Nunquid istas cla-  
ves Petrus accepit, Ioannes & Iacobus non accepit,  
& ceteri Apostoli? Tractatu 124. cuius Ec-  
clesie Petrus Apostolus propter Apostolatûs sui  
Primatum gerebat figuratâ generalitate personam.  
Idem passim habet in suis sermonibus. Sed ista  
retulisse satis est. Sanctus Leo serm. 2. de  
Anniverl. Transivit in alios Apostolos vis ius-  
potestatis, & ad omnes Ecclesie Principes hujus De-  
creti constitutio commevit. Addit serm. 2.  
de natali Apost. Non frustra uni commendatur,  
quod omnibus intinetur, Petro enim singulariter  
hoc creditur, quia cunctis Ecclesie rectoribus for-  
ma præponitur. Fulgent. Augustini discipu-  
lus in lib. de fide ad Petrum cap. 3. Deus, in-  
quit, in personâ beati Petri Ecclesie ligandi ac  
solvendi tribuit potestatem. Theophylactus in  
hunc locum. Licet ad Petrum tantum dictum sit  
illud, Tibi dabo claves &c. Tamen omnibus  
Apostolis olim datum est, quando dixit, quorum  
remiseritis &c. Eucherus in Homil. de natali  
Petri. Hoc enim, quod Petro principaliter dici-  
tur, ceteris quoque Apostolis dictum esse, intelligi  
debet. Beda ad hæc quocumque ligaveris. Hæc  
potestas sine dubio cunctis datur Apostolis,  
quibus ab eo post Resurrectionem generali-  
ter dicitur, Accipite Spiritum sanctum: Ita eti-  
am Rabanus: Lyranus in hunc locum: Hincm.  
in Epist. 33. ad Hincmarum Laudunensem cap. 20.  
&c. alibi:

quod totius operis Christianissimam  
gem, molentem continet, nisi per  
nominibus suis judicantem proprie-  
gorius denique, qui tertio est in  
Ecclesie curam esse committam. Et  
se Paulus ait, sui solitudinem  
aliquam manere, itaque postea  
hæc verba: & super hæc petram, in  
personâ Petri dicta sunt, ut  
esse arboret, nihil aliud his  
quàm Petrum ad edificationem  
sua, hoc est, Ecclesiam committam  
clavium administrationem  
boraturum. Ad hunc  
potest, cum primum accepit  
eos, qui Evangelium erant  
inde colliguntur, et per  
Petra totius Ecclesie regem  
suum circa solum.

Refutatio istiusmodi exceptionis.

Ecclesie sancte Doctores  
Ambrosium, imò etiam  
nam primam Synodum  
ducentos hæc potestatem  
textu, Tu es Petrus, arguunt  
ad videndum, quantum  
hic dicitur, quod Petrus  
inde tantum datur, Petrus  
equum in eis, quod Evangelium  
turi. Sic prout dicitur  
Damianus Papam hæc  
Beatitudinis tue, id est Petri  
nova sunt. Super illum  
aliquam sui. Quocirca  
nom cælestis, propheta est.  
No non sunt, perit  
fra: Quocirca  
est, qui Christi non est,  
paret, Petrus Cathedram  
romanus fuisse illam  
malus Papa, atque adeo  
successor. At super hæc  
eo petram sanctus Doctores  
caram esse Ecclesiam. In  
dicit, super qui cetera petra  
sua, secundum Christi  
ves regni calorum cum  
sali potestate ligandi ac  
igitur est, sanctum  
ejus fuisse mentis, quod  
Pontificis respectu univer-  
supra ipsum eo petram  
indefinitam eorum potestatem  
dum ac ligandem.

Deinde S. Ambrosius  
rebat: Petrus tanquam  
gregem accepit, ut qui  
peret omnibus firmamentum  
te durationis Ecclesie  
Dominus. Tu es Petrus, &  
&c. En igitur, curam  
Christiani Petro tanquam  
committam. At ista cura  
Primatum honoris & ordinis, ut

& alibi: *Ordo Cluniacensis lib. 4. collat. cap. 19.* Petrus Blefenfis *serm. 44.* & alij innumeri, quos referre, longius foret.

Refutatio illius Elliesianæ argumentationis.

15. Quæ in præducto Elliesij argumento allata sunt Patrum testimonia, in hanc ab eodem Theologo rediguntur summam; nempe non tam Petro, quam in hujus personâ Ecclesiæ à Christo promissas esse claves, quæ postmodum datæ sint universis Apostolis, nec adeo per claves illas intelligi summam potestatem in omnem Ecclesiam. Petro autem singulariter dictum esse, *Tu es Petrus &c.* Tum ut unitas commendaretur, tum quia Primatum inter Apostolos obtinebat, quatenus erat Primus Apostolorum; unde ex eo loco colligi duntaxat, Petrum inter Apostolos Primum fuisse, ac eum tunc aliquid accepisse, quod cæteris Apostolis datum non sit, minime inde inferre posse.

16. Verum insignibus ille Parisiensis hæc illud æquivocationibus & fallacijs, confundendo, quæ *Matthæi 16.* Petro singulariter, & *Matthæi 18.* Apostolis collectim sumptis, eorumque in Episcopali ordine successoribus, quæ in Concilio Oecumenico per Christi vicarium nomen Petro, ejusque Successori proprium coadunato, Universam Ecclesiam representantibus, & *Joannis 20.* cunctis etiam distributive sumptis Apostolis per verba Christi: *Sicut misit me Pater & ego mitto vos,* per modum legationis personalis concessa est Apostolicæ autoritatis plenitudo. In vi ergo illius potestatis, erat omnimoda inter Apostolos tum ipso etiam Petro æqualitas: sicut etiam in vi secundæ *Matthæi 18.* per Christum sanctæ autoritatis æquæ indefinitæ ad ligandum & solvendum autoritas destinabatur Collegio Apostolico, Ecclesiam universam representanti, ac fuerat ea Clavium autoritas, quam Petro singulariter ac determinatè, non verò alijs Apostolis *Matth. 16.* promiserat Christus Dominus. Et quia Petrus sub hujus Divinæ pollicitationis actu, propter Apostolatûs sui Primatum, figuratâ generalitate gerebat personam Ecclesiæ, quam ceu Caput esset representaturus, ideo in ipso ceu Principe & Capite suo utique universa Ecclesia erat acceptura eas claves, ut tamen subjective existerent in solo Petro ceu Capite, licet per quandam cum Capite participationem in membra, imò totum Ecclesiæ Hierarchicum corpus deriventur. Et hinc merito dicuntur claves illæ esse in Petro promissæ & datæ toti Ecclesiæ, sicque ea, quæ ad Petrum dicta fuerant, eatenus erant communia, quatenus tamen uno duntaxat, scilicet Petro, constituto Capite, schismatis occasio tolleretur; veluti hæc universa in antecedentibus articulis à nobis fusiùs deducta & firmata cernere licet.

17. Hoc autem loco sequentem ob oculos Lectoris pono ratiocinationem. Nam ad Petrum demonstrativè ac determinatè diriguntur

ista Christi Domini verba: *Tibi dabo clavium regni caelorum.* Et quodcumque solveris super terram, erit solutum in caelis, & quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in caelis. At hisce verbis indefinitè ac universaliter promissa est potestas clavium in ordine ad solvendum ac ligandum. Illa ipsa autem verba, secundum clarum sacri textûs tenorem, sicut à Christo Domino prolata cum connexionè ad præcedentia: *Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.* Unde planum est, illam potestatem Petro promissam, esse connexam cum Ecclesiâ per Christum fundatâ. At potestas connexa cum statu Ecclesiæ per Christum fundatâ durare debet, quamdiu talis Ecclesiæ status subsistit. Eo ipso autem, quod Christus Dominus promiserit, adversus Ecclesiam à se fundandam portas inferi non esse prævalituras, sequitur, Ecclesiæ hujusmodi statum fore perpetuum, adeoque duraturum usque ad extremi judicii diem. Oportet igitur, secundum Christi Domini verba, illam indefinitam & universalem ligandi ac solvendi potestatem non expirasse in Petro per Martyrium in cæcos sublato, sed perpetuo duraturam esse usque ad diem judicii. At potestas cum Ecclesiæ statâ perpetuo connexa, atque adeo perpetua, secundum ipsam ratiônem am ita transit in successores, ut illi cum suo Antecessore reputentur una persona, non quidem materialiter, sed formaliter quoad potestatem officij Pastoralis. Oportet igitur, secundum Christi Domini promissionem, in Ecclesiâ talem esse successionem, vi cuius perpetuo persistat illa Divinitus promissa indefinita & universalis ligandi ac solvendi potestas, omnimodam adeo, respectu Ecclesiæ omnes Christi fideles complectentis, judicariam & legislativam autoritatem impotans.

Neque illi speciali erga Petrum promissioni Divinæ obstat, quod Christus *Matthæi 18.* universis postea Apostolis promiserit, *Quaecumque alligaveritis super terram, erunt ligata & in caelis, & quaecumque solveritis super terram, erunt soluta & in caelo.* Hisce namque verbis æquæ cæteris Apostolis videtur promissa fuisse indefinita ligandi & solvendi potestas. Atqui hanc ipsam promissam potestatem Deus actu contulit Apostolis *Joan. 20.* dicens: *Sicut me misit vivens Pater, & ego mitto vos.* Hanc ipsam verò potestatem fuisse respectu totius orbis, patet ex illo *Matthæi ult.* *Euntes ergo, docete omnes gentes &c.* Quomodo ergo, inquam Adversarij, plus autoritatis convenire potuit Petro, quam cæteris Apostolis? Et quia ista autoritas non transiit in successores Apostolorum, cur sibi Petri successoris competere illa universalis autoritatis prærogativa?

Verum advertere, oportet, illam indefinitam solvendi ac ligandi universalem à Christo promissam potestatem, quatenus singulos distributum sumptos Apostolos attingere potest, fuisse Apostolis universis collatam per modum legationis, seu missionis, juxta præducta verba *Mitto vos.* Unde & Paulus in *Corinth.*



Corinth. 5. v. 20. ait: Pro Christo ergo legatione fungimur. Et specialiter de se ipso Paulus ad Ephes. 6. v. 20. ait: Pro quo (scilicet Evangelij mysterio) legatione fungor. Atqui ex ipsa natura legationis constat, ipsam non esse perpetuam, seu ad successores transferibilem, sed industriam personae, cum qua cohaereat, atque adeo expiret, esse in ea electam. E-contra verò Christus Dominus Matth. 16. ita promisit Petro claves regni caelorum, cum indefinita & universali potestate ligandi ac solvendi, ut apertis verbis suis statuerit hujus cum Ecclesia sua super petram inviolabiliter ac perpetuo fundanda connexionem. At verò auctoritas cum perpetuo Ecclesiae statu connexa non potest non perpetua, atque adeo in successores transferibilis esse.

ARGUMENTUM IV. Ellicij.

20. Illis ad Petrum Christi verbis Joannis cap. 20. prolatis Pasce oves meas, excipit 4. is Parisiensis Doctor, Petrum non esse ita institutum totius Ecclesiae Pastorem & Doctorem, quasi non idem privilegium omnes habuerint Apostoli, & nunc etiam habeant cuncti Episcopi, qui dici solent Ecclesiae ac proinde ovium Christi Pastores. Ambiguitatem namque latere in verbo Totius. Etenim si collectivè illud sumatur & definitè, ut omnes omnino comprehendat, quasi Petrus Pastor fuerit universae omnino Ecclesiae, sequetur, non alios fuisse proprie Pastores, quam Petrum, quod falsum: si verò sumatur indefinitè, ut sumi solent propositiones hujusmodi particulares, ut sensus sit, si me amas, pasce aliquas oves meas, idem fuit munus ceterorum omnium Apostolorum, & id ipse Petrus discretè tradit Epist. 1. cap. 5. ubi seniores alloquens ipse consenior: Pascite, inquit, qui in vobis est, gregem Dei. Eodem sensu Apostoli omnes, imò Episcopi & Presbyteri semper dicti sunt Pastores ovium Christi, quod notius est, quam ut probari debeat. Sed illorum sunt commemoranda testimonia, qui dicunt, non soli Petro, sed & ceteris commissas esse oves, per haec verba, pasce oves meas. Ambros. lib. 2. de dignitate Sacerdotali cap. 2. Repetitur est ter à Domino: Pasce oves meas: quas oves, & quem gregem? Tunc beatus suscepit Petrus, sed & nobiscum eas suscepit, & cum eo illas nos suscepimus omnes: Chrysostomus homil. 79. in Matth. Amas me, Petre, pasce oves meas, quod non ad Sacerdotes solummodo dictum est, verum etiam ad singulos nostram, quibus vel minimus grex commissus esse videtur. Augustinus hic pro more suo ait, Petrum gessisse personam Ecclesiae, & in illius personam cunctis id esse dictum lib. de Agone Christi. cap. 30. cum ei dicitur: Amas me, pasce oves. Tract. 47. in Joannè. Non in ipso Petro, sed in corpore suo, ait, Petre amas me, pasce, oves meas. Basil. in constitutione Monastica cap. 22. Hoc, inquit, à Christo ipso docemur, dum Petrum Ecclesiae suae Pastorem post se constituit: Petre enim, inquit, amas me plus his: pasce oves meas, & omnibus praetera deinceps Pastoribus ac Magistris sanam tribuit potesta-

tem. Uno verbo quotidie in Missa de omnibus Apostolis dicitur: quos gregi tuo contulisti praesse vicarios & Pastores.

Refutatio istius exceptionis.

21. Quam enim Christus Matth. 16. Petro cum ordine successionis perpetua promisit indefinitam ligandi & solvendi auctoritatem, eandem post Resurrectionem ipsi actualiter commisit Ioan. 21. dicens: Pasce agnos meos; pasce oves meas. At hisce verbis significatur Pastoralis officij potestas, indefinitè complectens omnes Christi fideles, atque adeo ipsos etiam Apostolos seu Christi agnos. In quo iterum elucet discrimen potestatis, Petro ac ceteris Apostolis commissae, cum istis nullibi dictum sit, ut essent Christi ovium & agnorum indefinitè Pastores, sed ut per modum missionis seu legationis, euntes docerent omnes gentes. Unde concluditur, soli Petro esse commissum pastorale in omnes Christi fideles officium, quia connexum cum perpetuo Ecclesiae statu. Cum igitur officium pastorale cum tali perpetuo Ecclesiae statu connexum, Petro commissum, oporteat, esse perpetuum, econtra verò potestas ligandi ac solvendi ceteris Apostolis per modum legationis concessa, de sua natura sit restricta ad personam, facile elucet, cur Petri, non autem ceterorum Apostolorum jurisdictionis auctoritas transferit in successores.

Cum porro Clavium potestas indefinitè ligandi & solvendi Matthaei 16. promissa, & Ioan. 20. actualiter commissa respiciebat Regnum Caelorum, quo significatur Ecclesia, hoc verò Ecclesiae nomen sit collectivum, omnes Christi fideles collectivè etiam sumptos complectens: ideo dicendum est, illud Pastorale Petro, e jusque successori commissum officium Oecumenicum, habere ordinem ad totam quoque seu universam Ecclesiam. Quantumvis ergo cuncti Episcopi sint Christi ovium Pastores, corum tamen Pastorale officium haudquaquam est Oecumenicum & Universale erga cunctos Christi Agnos, & Oves, sed in quantum adepti sunt a Papà partem duntaxat Pastoralis sollicitudinis erga districtum quempiam particularem, curae suae commissum. Et si verò tam Christi Vicarios immediatos, quam Pastores universales egerint, attramen haec cura in ipsis erat juxta Ioan. 20. caput per modum Missionis duntaxat seu Legationis personalis, in successores haud transferibilis, extinctae proinde cum ipsorum temporali vita. Illa ergo Joannis ultimo ad Petrum determinatè & singulariter prolata Christi Domini verba, Oecumenicum Pastorale officium in eo solo subjektivè consistens sub absoluta & illimitatà Pastoralis officij praerogativa enuntiant, tamen participativè transeat in cunctos Christi ovium curae qualicunque praepositos. Quod unice sonant ac significant praerogativa sanctorum Patrum sententia.

## ARGUMENTUM V. Elliesij.

23. **I**stud inter Petrum, & cæteros Ecclesiarum Pastores discrimen in eo situm, quod hi tantum partem ovium, ille verò cunctas Christi oves pascendi munere potitus sit, nititur 5. Author præfatus elidere asseverando, id ex verbis Christi non effici. Etenim propositio ista: *Pasce oves meas*, est indefinita, ac in materiâ historia, cujusmodi enuntiatio, uti à Dialecticis observatur, plerumque particularis est, quemadmodum illa: *Milites plebentes coronam de spinis*. Nec referre, ait idem Pariliensis Doctor, quod nonnulli, speciatim S. Leo *serm. 3. de Assumpt.* Gregorius *lib. 4. epist. 32.* Theophylactus *in cap. ult. Ioannis*, & Chrysostomus *homil. 87. in Ioannem*, & 80. *ad populum Antiochenum*, nec non *in sextâ adversus Iudæos* dicunt, Petro totius mundi oves esse commissas. Cùm enim Petrus, & reliqui Apostoli per totum orbem prædicandi potestatem accepissent, ita ut omnibus & singulis indefinitè per universum orbem oves sint commissæ, dici possunt totius orbis etiam pastores. Sic Chrysostomus Timotheum totius orbis Episcopum dicere non veretur, & Paulum sæpius, præsertim *homil. 2. de Pauli laudibus*. Itaque Petro totius orbis oves commissæ dici possunt, quia non unius certi cuiusdam regni, aut loci oves regendas accepit, sed indefinitè totius mundi oves, ad quas ille accederet.

## Refutatio istarum exceptionum.

24. **C**onvenio te, mi Elliesi, ut edisseras, quò alio in loco Christi Domini promissio *Matth. 16.* de clavibus Regni Cælorum cum indefinita quocumque ligandi & solvendi in terris potestate Petro determinatè & singulariter demandandis facta, dici possit adimpleta fuisse, quàm ubi idem Dominus noster eidem Petro iterum singulariter spectato *Ioannis 21.* commisit suas oves indefinitè pascendas. At illa Christi promissio fuit cum respectu ad Ecclesiam perpetuò duraturam, universaliter ad eò complectentem cunctas Christi oves ad finem usque mundi substituras. Ergo huius promissionis executio, quatenus sub illa pascendarum ovium commissione indefinita, fuit in effectum deducta, & què complecti debet universas ad finem usque substituras Christi oves.
25. **E**t hinc dicendum est, illa Christi verba ad Petrum prolata, *pasce oves meas*, minime esse in materia contingenti, de cujusmodi propositionis genere Dialectici ajunt, indefinitam enuntiationem instar particularis habendam esse, sed esse in materiâ Divinæ promissionis irrefragabili veritati innitente, adeoque in Dogmaticâ fidei materiâ infallibilitatem Metaphysicâ certitudine majorem importante, sicque ad eò æquivalere enuntiationi, quæ tam ex parte consignificati temporis, quàm ex parte sui sit omnimodè universalis. Quod præallegati sancti Patres totius mundi oves Christi Petro commissas diserte pronuntiantes, clarissimis verbis nos edocent, ut mirum

profus sit, Elliesium horum verba tam dilucida aulum fuisse in tantum contorquere, ac si non aliter totius mundi oves essent Petro commissæ, nisi quatenus ad illas regendas foret accessurus.

## ARGUMENTUM VI. Elliesij.

**A**uthor iste pro sexto Primatum Petri ex hoc duntaxat principio asserendam contendit, quod Petrus primus inter Apostolos numeretur. In omni namque hominum collegio debet aliquis ordo servari, & necesse est, aliquem primum inter plures esse: haud igitur dubium esse, quin in Collegio Apostolico primus aliquis fuerit: sed hunc Petrum fuisse, diserte testantur Evangelistæ, qui, cùm Apostolos enumerant, Petrum non modò semper primo collocant ordine, sed primum fuisse affirmant, *Matth. cap. 10. Duodecim Apostolorum nomina hæc sunt. Primus Simon, qui dicitur Petrus.* Apud Marcum *Evangelij cap. 3.* Simon Petrus primus commemoratur in multis exemplaribus græcis Protos etiam dicitur, non secus ac apud Matthæum. Denique Lucas *cap. 6. v. 14.* electos à Christo Apostolos numerans, orditur à Petro. Atqui hæc satis loculenter constat, Petrum inter Apostolos primum fuisse.

## Refutatio istius exceptionis.

**N**imis jejunum & siccum, Elliesi, reddis Apostolicum Petri Primatum omnibus fermè præminentijs realibus destitutum, in solo numeri, seu ordinis prioritate constituto. Quod minime profecto cohæret cum præauctis Divinis Oraculis, Sanctorumque Patrum concordibus sententijs, quas ediderunt ex Christi Domini ad Petrum prolatis verbis istis, *super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam.* Inter quos Tertullianus *de præscript. cap. 22.* sic ait: *Latuit aliquod Petrum ædificandæ Ecclesie Petram dictam, clavibus regni cælorum consecutum.* Origenes *in Matth. de canone novi Testamenti*: Petrus, inquit, *super quem Dominus fundavit Ecclesiam.* Et Cyprianus *de Vnit. Ecclesie* sic ait: *Probatum est ad fidem facit, compendiosè Veritatis loquitur Dominus ad Petrum. Ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, &c.* Et tibi dabo claves regni cælorum. Et infra: *Eidem post resurrectionem suam dicit: Pasce oves meas. Super illum unum ædificabo Ecclesiam suam, & illi pascendas mandat oves suas.* Basiliius Magnus *ad cap. 2. Isaie*: *Vnus ex his montibus fuit Petrus, quem Petram appellavit propter maximam fidei firmitatem.* Et infra: *Super quam petram promissit ædificare Ecclesiam.* Ambrosius *Serm. 47.* Petrus pro soliditate durationis Ecclesiarum petra dicitur, sicut ait Dominus: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo.* Et Epiphanius *in Ancorato*: *Ipsè Dominus constituit Petrum principem Apostolorum; petram firmam; super quam Ecclesia Dei ædificata est.* Et Hieronymus *Epist. 54. ad Marcellam*: *Apostolus Petrus, super quem Dominus fundavit Ecclesiam.* Et in Cap.

in cap. 16. Matth. Prudens lector inquirat, quomodo post tantam beatitudinem, deatus es, Simon Barjona, nunc audiat: Vade retrò sathana & c. Sed si consideret, qui hoc querit, Petro illam beatitudinem ac potestatem, & edificationem super eam Ecclesie in futuro promissam, non in presentis datam intelligit: Edificabo, inquit Christus, super te Ecclesiam meam, & dabo tibi claves regni caelorum. Cyrillus Alexandrinus lib. 2. in Ioan. cap. 12. Christus, cum se esse, qui cuncta, antequam fiat, novit, nec Simon fore sibi nomen, sed Petrus praedixit, vocabulo illo commodè significans, quod in eo tanquam petra, lapideque firmissimo sum esset edificaturus Ecclesiam. Augustinus Serm. 5. in Festo Petri & Pauli: solus inter Apostolos meruit audire, Tu es Petrus, & super hanc petram & c.

28. Ex quibus tale formatur argumentum. Petro, etique soli dictum est: Super hanc Petram edificabo Ecclesiam meam. At Petrus dictus est petra propter soliditatem durationis: ex sancto Ambrosio citato. Ergo super Petrum tanquam petram cum soliditate durationis edificata est Ecclesia, quatenus Christus ipsi dixit: Pasce oves meas. Ex Cypriano supra. Ergo istud pastorale munus est Petro datum cum soliditate durationis. At ista durationis soliditas non subsisteret, si munus illud pastorale extirpasset cum Petro è vivis sublato. At hos successores esse Pontifices Romanos, testantur unanimiter Patres. Ergo super hisce ita est edificata Ecclesia, ut ipsis competat munus pastorale indefinitè in oves Christi, cum clavibus ad eò regni caelorum, & cum illimitatà ligandi & solvendi potestate, Petro, quà universali Pastori ac petrae promissà, & commissa.

S. II.

Petri Primatus ex veterum testimonij asseritur, caterorumque Apostolorum dignitatè praefertur.

29. Merito improbat ea statim sententia, quam Ellicius in fronte hujus paragraphi protulit dicendo: historicam solummodo esse quaestionem, Vtrum Petrus primum inter Apostolos locum habuerit? Hujus namque interrogationis verba admittunt aequivocationem, sub cujus alterutro sensu intelligi posset Petri Primatus non nisi absolutà fidei Divinae certitudine, sed historiae cujuspiam tum aequalium, tum superiorum (uti Theologus ille loquitur) Scriptorum testimonio.

ARGUMENTUM I. Ellicij

30. Hic Author prætendit primò, De Petri Primatu nihil extare a Joviniano, Irenæo, Clementem Alexandrinum, & alios antiquissimos.

Refutatio ac retorsio istius Ellicianae argumentationis.

31. Num ex eo, si verum etiam esset, quod Justinus, Irenæus, Clemens Alexandri-

nus, & alij antiquissimi nihil scripserint de Petri Primatu, huic aliquod praedictum fieri potuisset? Quis illorum aliorum Patrum antiquorum de universis fidei Dogmatibus scripsit? An ergo de ijs fidei articulis, quos suis scriptis non inseruerunt, dubitare fas est, ac si minus veri extarent? Sic profectò impissimum est illud in fidei rebus argumentandi genus per quod ex negativâ, sive Patrum plarium silentio, Petri Primatu quoddam quasi praedictum inferatur. Verùm falsitate etiam nititur, quòd apud Sanctum Irenæum nihil extet de Petri Primatu. Hic namque sanctæ Ecclesie Doctor lib. 3. cap. 3. ubi asteruisset, traditionem & fidem ab Apostolis annuntiatam indicari ex Episcoporum Romanæ Ecclesie ad sua usque tempora perveniente successione, tandem concludit in hæc verba: Ad hanc enim Ecclesiam, propter potentioris principatitatem, necesse est, omnem convenire Ecclesiam, hoc est, qui sunt undique fideles. Vides igitur Ellicij, ab Irenæo taliter adstrui Romanæ Ecclesie potentioris principatitatem, ut propter hanc necessum sit, ad ipsam convenire undique omnes fideles. At principatitas inducens necessitatem seu obligationem, vi cujus, oporteat, omnes fideles cum ipsa convenire, non importat primatum Ordinis aut taxat & principalis confessionis, sed Jurisdictionis & imperij, vi cujus scilicet sit illa necessitas. Ergo S. Irenæus in Ecclesia Romanâ, sive ejus Pontifice agnovit primatum Imperij & jurisdictionis.

32. Concinnant quamplures ab ipsomet Ellicio hic adducti Patres, inter quos Origenes, summam rerum de pascendis ovibus Petro Apostolorum Veritè traditam, & super ipsum velut super Petram dicit fundatam Ecclesiam. Quæ profectò sententia minime labefactatur, tametsi ejus autographum non habuerit. De sancto Cypriano tum superius allato, tum inferius adducendo res nimis clara est, quam ut obscurari valeat per Ellicij interpretationem. contendentis, ab eo sancto Doctore non intendi, vnam esse Ecclesiam ex eo, quòd super unum Petrum sit edificata, sed id eo in uno Petro dici edificatam Ecclesiam, ut unitas Ecclesie monstraretur ex hoc, quòd super unum Petrum, seu totius Ecclesie Caput, Fontem & Radicem (uti Cyprianus loquitur) sit edificata Ecclesia. Nunquid autem hinc aperte evincitur, Petri Primatum non in solius numeri, seu Ordinis prioritare, sed in prærogativa Capitis, & Petra, super quam fundata sit Ecclesia, consistere? Quòd ipsum repetit epist. 70. dum Petri humilitatem ibi commendat ex hoc, quòd, licet super ipsum esset edificata Ecclesia, noluerit tamen Paulo de circumcissione secum disputanti Primatus sui prærogativam objicere: hisce namque verbis clarè asseritur Petri Primatus, eà singulari Ecclesie super ipsum edificatæ præsententiâ dotatus. Concinnat Optatus præallegatus dicendo; Petrum Apostolorum Caput sedisse primum in Cathedra Episcopali Romanâ, in qua unitas ab omnibus observaretur, & c. ut jam schismaticus

U u u z esse

esset, qui contra singularem Cathedram, aliam convocaret.

33. Hunc equidem Optati discursum eludere nititur Elliesius, ac si perperam inde concluderetur, Cathedram Romanam esse unicam in totâ Ecclesiâ. At debuisset iste Theologus animadvertere, quod non quæcunque alia particularis Cathedra, sed quæ contra Petri Cathedram Romanam seu unitatis Fidei ac Ecclesiæ originem se efferret, ab Optato reprobetur. An non igitur hinc Petri, ejusque Apostolicæ Cathedræ Primatus haud vacuus, sed Capitæ & Cephæ sive Petri præfulgens supereminenti, extat comprobatus? Et hinc Cyrillus Hierosolymitanus loco præcitato Petrum Apostolorum Principem, non utique ex solius numeri, vel ordinis, sed ex Capitæ principalitate appellari voluit. Quando proinde alij Patres, quos subsequenter allegat etiam Elliesius, Petrum inter Apostolos primum dicunt, non tamen semper explicant, quibus præminentis ultra numeri & ordinis prioritatem, sit dotatus, ineptè profus, Dialecticis quoque regulis dissonans sit in de consequentia, ac si ex hoc quasi abstractivo loquendi modo negatæ fuissent illæ Primatus prærogativæ, quæ tum per Divina Oracula, tum per varia aliorum sanctorum Patrum testimonia sunt Petro attributæ, ex Regni Cælorum Clavibus, nec non ex Petri erga Ecclesiam supra se fundatam soliditate, Capitæque principalitate.

#### ARGUMENTUM II. Elliesij.

34. Sunt equidem plures, qui, teste Elliesio, arbitrantur, Petri primatui obstare Apostolorum inter se, & cum ipso æqualitatem, sequentibus Patrum testimonijs firmari consuetam. Nempe Cyprianus in lib. de unitate Ecclesiæ ita scribit: *Et quamvis Apostolis omnibus parem potestatem tribuat post resurrectionem, hoc erant utique & ceteri Apostoli, quod fuit Petrus, pari consortio præditi honoris & potestatis: Eadem est sententia Hieronymi lib. i. adversus Iovinianum: At dicit, inquit, super Petrum fundatur Ecclesia, licet hoc ipsum alio in loco super omnes Apostolos fiat, & cuncti claves regni cælorum accipiant, & ex aquo super eos Ecclesiæ fortitudo solidetur.* Hinc Apostoli omnes à Patribus dicuntur vicarij Christi: *Constat, inquit Hilarius Diaconus in epist. i. ad Cor. Apostolos esse Dei adiutores, quia vicarij sunt Christi.* Et Chrysostomus explicans illud Pauli pro Christo: *Legatione fungimur, ait, omnes Apostolos illius loco officium ejus suscepisse: mitto illud omnibus notum Præfationis Missæ Apostolorum: quos operis tui Vicarios eidem contulisti præesse Pastores.*

#### Refutatio istius argumentationis.

35. Audiamus ex præcitatis sanctis Patribus, quomodo Apostoli fuerint Petro quoad Apostolicam potestatem pares ac æquales. Sanctus namque Hieronymus loco per Elliesi-

um citato ita ratiocinatus est. *At dicit, super Petrum fundatur Ecclesia: licet id ipsum in alio loci super omnes Apostolos fiat, & cuncti claves regni cælorum accipiant, & ex aquo super eos Ecclesiæ fortitudo solidetur, tamen propterea inter duodecim unus eligitur, ut Capite constituto, solusmet talatur occasio.* En igitur, unum ex Apostolis esse constitutum Ecclesiæ Caput, nempe Petrum, veluti disertis verbis asserit idem Hieronymus in Ps. 13. Hinc Epist. 54. ad Marcel. lamat: *Petrum esse, super quem Dominus fundavit Ecclesiam.* Et in *Matth. cap. 16. secundam metaphoram petri, inquit, rectè dicitur ei (nempe Petro) edificabo Ecclesiam super te.* Et dicit tibi claves regni cælorum. Unde in Epistola ad Damasum de hypost. vocans hunc Romanum Pontificem Picatoris ac Discipuli Crucis successorem, eum sic affatus est: *Ego nolum primum nisi Christum sequens, Beatitudinis tue id est Cathedræ Petri, communionem conficior.* Super hæc petram edificatam Ecclesiam scio &c. Quamquam tecum non colligit, spargit, hoc est, qui Christi non est, Antichristi est. En igitur, quod spargit, qui non colligit cum Petri successore Pontifice Romano, nec adeo sit Christi, sed Antichristi, quod reverà de universis Episcopis (quos contendunt adversarij, reliquorum Apostolorum esse successores) dici nullatenus potest. Sanctus porro Cyprianus in hæc discessit verba: *Eidem, scilicet Petro, post resurrectionem suam dixit, Pascite oves meas. Super illam unam edificat Ecclesiam suam, & illi pascendas mandat oves suas.* Et quamvis Apostolis omnibus parem potestatem tribuat & dicat: *Sicut misit me Pater, & ego mitto vos. Et: Accipite spiritum sanctum, quorum remisistis peccata, remittantur eis, &c.* tamen ut unitatem manifestaret, unam Cathedram constituit, & unitatis originem ab uno incipientem suâ autoritate disposuit. En igitur, in Petro, ac ceteris Apostolis ita erat paritas potestatis, ut super unum tamen Petrum Christus edificaret Ecclesiam suam, eique oves suas pascendas mandaret. Ex hoc autem factum est, ut una Cathedra constitueretur, & unitatis ejusdem origo ab uno (Petro) inciperet. At ista Cathedræ unius, Pastorale in oves Christi officium importantis, conflictio cum Ecclesiæ edificio supra petram fundato, adeoque perpetuè connexa, non potest non importare ordinarium, in successores proinde transferibile officium, cum e contra potestas cæteris Apostolis per modum missionis, adeoque personalis legationis concessa, cum ipsis esset expiratura. Planam igitur est ex Cypriano, in Apostolis ita fuisse parem potestatem, ut hæc tamen lab diverso jure tum Officij ordinarij in Petro, tum Legationis personalis in ceteris Apostolis constituta, in Petro importaret Cathedram, eamque unam, sicque ab uno Petro inciperet unitatis origo, eò quod super illum unum edificata sit Ecclesia.

Ex quibus proinde manifestum redditur, Apostolicam auctoritatem ita fuisse Petro concessam,

cessam, ut ad ejus successores transfret, reliquorum autem Apostolorum potestatem fuisse temporaneam per modum scilicet delegationis personalis, ipsorum duntaxat personis annexam, uti sanctus Chryostomus haud obscure insinuat dicens, omnes Apostolos fuisse sanctos Christi vicario officio, quatenus verificabantur ista Pauli verba, pro Christo Legatione fungimur.

ARGUMENTVM III. Elliesij.

37. Excepit ille Theologus. Præadductum in Petro & reliquis Apostolis discrimen, ac fuisse Apostolicam auctoritatem per modum delegationis personalis, adeoque temporalis duntaxat, ille verò sub jure successione perpetua à Christo accepit, hoc inquit, discrimen esse fictitium, nec parùm derogare Petri Primati. Fictitium nempe esse, quia nullâ ratione, nullo testimonio Scripturæ, aut traditionis doceatur, potestatem Apostolatûs Petri ad ejus successores permanisse, non autem potestatem cæterorum Apostolorum, cum ex æquo Ecclesiarum Apostolicarum Episcopi, dicantur eorum Apostolorum, à quibus Ecclesiæ sunt fundatæ, sive esse flores, imò omne Episcopi Apostolorum omnium successores esse perhibeantur. Deinde eam opinionem Primati Petri derogare, cum ex ea sequatur quidem, Petri successores præferri debere cæteris Episcopis, at Petrum propterea inter Apostolos Primatum habuisse, non convincitur.

Refutatio hujus Exceptionis,

38. Discrimen namque illud ex præadductorum SS. Patrum Cypriani, Hieronymini, & Chryostomi verbis prævalide demonstrari, constat ex antecedentibus. Cujus ulteriori ex ipsis etiam sacris Litteris probationem accipe. Apostolis namque universis fuit à Christo concessa auctoritas Apostolica sub istis Ioan. 20. ex a. verbis: Sicut misit me Pater, ita ego mitto vos. Hisce autem verbis secundum SS. Patres significatur legatio Apostolis commissa, de qua Paulus ait: Pro Christo Legatione fungimur. Quam porrò legationem fuisse respectu totius orbis, patet ex illo Matthæi 28. Euntes docete omnes gentes. Omnino igitur dicendum est, cunctos Apostolos æquæ ac Petrum cum potestatis plenitudine pro toto terrarum orbe, seu universâ Christi Ecclesiâ ab ipsomet Christo institutos esse.

39. Quam nihilominus potestatis plenitudinem in Apostolis fuisse duntaxat Extraordinariam, per modum cujusdam Legationis personalis, constat ex eo, quòd nullus cum Universalium in orbem universum Jurisdictione successerit Apostolis, excepto Petro, cui semper successit Pastor universalis, eò vel maxime, quòd, cum super Petri auctoritate Divinitus concessâ ceu Petri esset fundanda Ecclesiâ in perpetuum duratura, oporteret,

consequenter illam quòque auctoritatem esse perpetuam.

40. Econtia verò licet alij etiam Apostoli eorum potestatis plenitudinem crexerint Ecclesias, veluti de sancto Joanne Evangelistâ testatur Divus Hieronymus de Scriptoribus Ecclesiasticis totas Asiæ fundasse, ac rexisse Ecclesias, in eis, teste Tertulliano lib. 4. contra Marcionem etiam constituendo Episcopos, nullum tamen eorum, vel Apostoli alicujus successorum functos esse universali auctoritate Apostolicâ, sed Ecclesiâ Romanâ subiectos, & ab hac post Legationis alijs Apostolis Divinitus commissa, mediante ipsorum morte expirationem, institutos, seu confirmatos fuisse, constat partim ex Traditione, partim ex sacris Canonibus, & Scriptoribus Ecclesiasticis, insinuatque Irenæus lib. 3. cap. 3. Ad Romanam, inquit, Ecclesiam propter potentioris principalem necessesse esse, omnes convenire Ecclesias, hoc est, omnes undique fideles.

41. Quinimò ex eo, quòd Petro universarum Christi ovium Pastoralis cura Divinitus sit concessa, evincitur, in ipsos etiam Apostolos fuisse potestatem, sive ipsos legibus obligandi, earumque leges revocandi. Et hinc, licet Apostoli non quoad ordinem duntaxat, sed etiam quoad universalitatem jurisdictionis fuerint Petro pares, hujus tamen jurisdictionis illis, utpote sibi subordinatis, supererant inebat, sicque adeo Petrus, præ reliquis Apostolis, Primatum non ordinis duntaxat, & numeri, sed auctoritatis supereminens obtinebat.

ARGUMENTVM IV. Elliesij.

42. Pærgit hic Author pag. 317. probare, illam Apostolorum æqualitatem minimè oblatre Petri Primati, hunc in modum argumentando. Quia semper ille excipiendus est ab eâ æqualitate; nam ut monuimus, plures esse non possunt primi: sed unum esse primum, necesse est: cum ergo haud dubium sit, Petrum fuisse primum inter Apostolos, fieri non potest, ut illi fuerint ei æquales in Primatu, æquales igitur sunt, si ita vis in omnibus, excepto Primatu, qui pluribus conferri non potest. Porò testimonia in contrarium adducta hoc unum probant, Apostolos in clavium administratione, fidei prædicatione, Ecclesiarum fundamine, potestate, & auctoritate æquales fuisse: at eos in Primatu Petro æquales fuisse, nullus dicit: imò contrarium omnes dicunt ipsi in locis, ubi æqualitatem Apostolorum maximè commendant.

Refutatio hujus argumentationis,

43. Hæc Elliesiana argumentatio rejicitur, eò quòd Petri Primatum, majoribus hætenus deductis præminentijs, in Petri fidei firmitate importante soliditate, Ecclesiæque fundamento ac perpetuis ad successores transferendis Regni Cælorum Clavibus, Pastoralique Ordinario, ipsis etiam Apostolis

Uuuu ;  
lupes

supereminente, munere consistentibus spoliare, videatur. Cui proinde opponendos hinc duxi sequentes Ecclesie sanctae Doctores Graecos. Ita enim habet Clemens Romanus in epist. ad Iacobum: Simon Petrus &c. *Fundamentum Ecclesie esse definitus est: quia de caetero etiam Dominore cognominatus est, Petrus, qui fuit primitia electionis Domini Apostolorum primus &c.*

Origenes anno 230. in *Matth. de Canone Novi Testamenti*. Petrus, inquit, super quem Dominus fundavit Ecclesiam, duas tantum scripsit Epistolas &c.

Eusebius Alexandrinus *Homil. de resurr. circa illa verba Marci 16. v. 7. Dicite discipulis ejus & Petro*. sic ait. *Veni, inquit, ne timeas, non te amovi à dignitate, non feci te secundum infra alium, non dedi claves alteri, quod promissi, impleo &c.*

Athanasius in *Epist. ad Felicem*. inquit. *Tu es Petrus, sicut veraciter dicit Divinum eloquium, & super fundamentum tuum Ecclesie columna sunt conservata &c.*

Basiliius Magnus ad *caput 2. Isaie*. Vnius, ait, ex his montibus fuit Petrus, quem Petram (NB.) appellavit propter maximam Fidei firmitatem.

Cyrillus Hierosolymitanus *Catech. 2. Nemo*, inquit, desperet de sua salute, Petrus Apostolorum princeps excellentissimus, coram ancilla ter negavit Dominum; sed ad se rediens, flevit amare.

Gregorius Nazianzenus *Art. 26. de Moderat. in Orat. habenda*. Vides, ait, quemadmodum ex discipulis Christi magnis ubique & excellentis, atque electione dignis, hic Petrus scilicet Petra vocetur, atque Ecclesie fundamenta fidei sua credita habeat, ac reliqui discipuli posthaberi se, æquo animo ferunt.

Epiphanius in *Ancorato*. Ipse Dominus, ait, constituit Petrum principem Apostolorum (NB.) Petram firmam, super quam Ecclesia edificata est, & portæ inferi non prevalebunt adversus eam, portæ inferi sunt hereses, & haeresiarche &c.

Joannes Chryostomus *Homil. 11. in Matth.* ait. *Deus solus concedere potest, ut futura Ecclesia tot, tantisque fluctibus irruentibus, immobilis maneat, cujus Pastor (NB.) & Caput homo piscator, & ignobilis.*

Cyrillus Alexandrinus *Lib. 12. cap. 64.* sic ait. *Cum saluator à discipulis quaereret, vos autem quem me esse dicitis? Petrus ut Princeps (NB.) caputque cæterorum, primus exclamavit. Similiter Lib. 14. Theof. cap. 2. dicitur Petrus Apostolorum apex. Ecce tot Patres primitivæ Ecclesie talia nomina non superbia, sed legitime potestatis Petro à Christo imposta agnovisse, & prædicasse!*

#### ARGUMENTVM V.

Ab Ellicio propositum, sed ut *infra* videbitur, refutatum.

44. Hoc petitur ex Petri, Paulique æqualitate, quem non raro commendant SS. Patres. Sic Ambrosius de *Spiritu sancto cap. 12.* *Nec Paulus, inquit, inferior Petro, quamvis il-*

le Ecclesie fundamentum, & hic sapiens Archid. Aus sciens vestigia credentium fundare populum, nec Paulus, inquam, indignus Apostolorum collegio, cum primo quoque facile conferendus, & nulli secundus; nam qui se imparem nescit, facit æqualem. Et Augustinus *term. 26. de Sanctis*. Et si Petrum priorem, tamen ambos ditavit honore suo. Nec non Maximus Taurinensis *homil. 5. in Natali Apostolorum*. Ergo beati Petrus & Paulus eminent in universos Apostolos, & peculiari quâdam prerogativa præcellunt. Verum inter ipsos, qui cui præponatur, incertum est, pato enim, illos æquales esse meritis, quia æquales sunt passioni, & simili eos fidei devotione vixisse, quos simul videmus ad Martyrii gloriam pervenisse. *Gregor. 1. Dialog. cap. ult. Paulus Apostolus Petri Apostolorum primo in principatu frater est*. Hinc Petrus & Paulus æque dicuntur Apostolorum Principes, Apostolorum primi, summi Apolloli, ad culmen & apicem Apostolorum subvecti. Paulus non secus ac Petrus totius orbis curam habere dicitur, & omnium orbis Ecclesiarum Pastor; quin etiam Paulus lapsus solus dicitur Princeps Apostolorum, Caput Apostolorum, qui Primatum Apostolatus inter gentes habuerit, quemadmodum Petrus inter Judæos. Hinc in imaginibus Petrus & Paulus velut æquales depingi solent, imò nonnunquam Paulus ad dexteram, Petrus ad sinistram ponitur. His & alijs argumentis ex Patribus collectis vincere conantur illi, Petrum & Paulum esse individui Primatus participes.

#### Refutatio istius argumenti.

Impletur Ellicius *pag. 320.* ait: ex principiis præsuppositi, nullo negotio ad hæc omnia responderi, quod Petrus & Paulus in Apostolatu, in potestate & autoritate æquales fuerint, non item in Primatu. Imò etiam præter hanc æqualitatem, quam etiam cæteri Apostoli habuerunt, specialiter Paulus æqualis Petro dici potest: primo, quod sicuti fuit Judæorum, ita ille Gentilium fuit Apostolus. Secundo, quod ille non secus ac iste plurimum laboraverit ad annuntiandum Evangelium, ac innumeras gentes adierit, & ad fidem converterit. Tertio, quod uterque Romanam Ecclesiam fundavit, & ibi martyrio vitam finierit: at his non obstantibus Petrus in Primatu Paulo fuit superior: atque idipsum constat ex testimonijs allatis. Ambrosius ait, Paulum cum primo conferendum, & nulli proprie secundum, supponens scilicet Petrum inter Apostolos primatum fuisse, cum tamen Paulus conferri posset.

Sanctus Leo honorem unum esse, ait, Petri ac Pauli, ob foundationem scilicet Ecclesie Romanæ, & martyrium ibidem petro-pellum. Hinc glorie ejusdem consortes sæpe dicuntur, ac Petrus Pauli in dignitate frater à Gregorio dicitur: eadem de causa Maximus Taurinensis ait, Paulum esse æqualem Petro in meritis & in Martyrio.

Quod deinceps additur, Petrum & Paulum dici Principes, apices, & capita Apollorum

Iorum, ostendit, hos equidem præcæteris insignes fuisse, at eos inter se in primatu æquales fuisse, non probat. Namque non raro non solum Petrus & Paulus, sed & alij Apostoli his nominibus decorantur. Sic ipse Paulus comparat se cum magnis Apostolis: hoc nomine Petrum, Iacobum & Ioannem indicans, quos Ecclesiæ columnas appellat, Sic Chrysostomus tres istos cæteris omnibus Apostolis præstitisse, ait in serm. de præmijs sancti. & in cap. 15. 1. ad Corinth. & in Ep. ad Galatas, initio, Petrus, inquit, Iacobus & Ioannes non prohibebant circumcidi, cum essent inter Apostolos primæ dignitatis. Idem Apostoli tres à Victore Antiocheno in Marc. cap. 9. dicuntur Apostolorum Coriphæi, qui primas inter Apostolos obtinebant. S. Aug. in Ep. ad Galatas. Petrus, inquit, Iacobus & Ioannes honoratores erant cæteris Apostolis. His adde Clementis locum ex Eusebio superius citatum, ex quibus pariter inferri posset, si quid valeat Adversariorum confectio, Petrum, Iacobum, & Ioannem Primatûs individui fuisse participes, non secus ac Petrum & Paulum; sed istud imprudenter omnino fieret. Sciunt enim omnes, hæcæ phrasibus non significari omnimodam eorum, qui cæteris præferuntur, æqualitatem, sed tantum eorum super alios præstantiam: sic cum Virgilium, Horatium & Ovidium voco Poetarum Principes, non intendo, istos secum invicem comparare, & omni modo æquales statuere, ita ut nullus inter eos sit superior; sed hoc unum volo, eos inter Poetas eminere, & cæteris præstantiores esse. Quin etiam fieri potest, imò sæpissimè sit, ut istæ appellationes latè somantur, & nonnunquam primus aliquis vocetur ac Princeps, qui non absolute primus est, sed insignis tantum. Sic Cicero dicitur Oratorum Princeps, licet Demosthenes cum eo de primo gradu contendere possit. Sic Horatium Poetarum principem dicere nemo veretur, quamvis Virgilium ei præferendum esse, vix quisquam dubitet. Haud ergo mirum, si nonnunquam Paulus solus dicatur primus, ac Princeps Apostolorum, non quod absolute primus sit, sed quia inter primos & principes numerari potest. Adde, quod unus dici potest alio prior ac præstantior secundum aliqua: & sic Paulus Petro præferri potest, quia, ut ipse ait, cæteris abundantius pro Christo laboravit, unde & seipsum comparat magnis Apostolis Petro, Iacobo & Ioanni, nec minus quidquam se fecisse, ait, quamvis alibi minimum se Apostolorum appellet.

8. Unum pro specialibus Petri Primatûs præminentijs vindicandis hic superaddo. Nempe in eo, quod Romana Ecclesia dicitur fundata super Petro simul & Paulo, iubesse æquivocationem ex sanctis Patribus, ac ipsismet sacris Litteris elucidandam. Nam unus sensus esse potest, quod non Petrus duntaxat, sed etiam Paulus Verbi Divini prædicatione ac martyrio suo fundarit & firmarit Romanam Ecclesiam. Alter verò sensus esse potest, quod Ecclesia Romana exultat fun-

data super autoritate Apostolicâ, per mortem Apostolorum minime extincta, sed cum perpetuo Ecclesiæ statu conjuncta, adeoque in successores usque ad consummationem sæculi futuros transferibili. At prior sensus omnino tenendus est, ad stipulante Dionysio Corinthiorum Episcopo in Epist. ad Rom. ubi sic habetur: *Ambro* (Apostoli Petrus & Paulus) cum & nostram Corinthi, & vestram Romæ Ecclesiam fundassent, & ejusdem doctrinæ præceptis tum nostros animos, tum vestros imbuisent, eodem tempore pariter Martyrium subierunt. In quem sensum sanctus quoque Irenæus lib. 3. cap. 1. ait: *Matthæus in Hebrais ipsorum linguâ scripturam edidit Evangelij, cum Petrus & Paulus Romæ evangelizarent, & fundarent Ecclesiam.* At hanc a Petro & Paulo annunciatam Romanæ Ecclesiæ fundatricem fidem, idem Irenæus lib. 3. cap. 3. ait, ad sua usque tempora pervenisse per successiones Episcoporum, & hinc propter potentioris principatitatem necesse esse, ad Romanam Ecclesiam convenire omnes Ecclesias. Est autem superius ex sacris Litteris, sanctisque Patribus, ac Oecumenicis Concilijs demonstratum, istam potentioris principatitatem ita fuisse collatam Petro, ut non transiret in alios, nisi in Petri Successores: autoritate Apostolicâ in Paulo, cæterisque Apostolis se habente solum ad instar Legationis personalis. Quare eatenus verum est, quod Ecclesia Romana quoad fidem ac Evangelium æquè a Paulo, atque a Petro sit fundata, ut tamen fidei illius perpetuitas conjuncta sit cum principatitate, seu autoritate Apostolicâ, quæ ex solo Petro, seu Ordinario per Christum constituto Ecclesiæ Pastore, transeat in successores.

Hinc quando dicitur, Paulo haud secus ac Petro fuisse commissa totius orbis cura, minime per hoc significatur æqualitas in Primatu ordinariæ, in successores transferibilis potestatis plenitudinem importante, sed quoad Apostolicæ autoritatis personalem duntaxat delegationem. Cujusmodi delegatio Apostolica Elielio pag. 322. teste, præcipuè conveniebat Paulo, quia Gentium erat Apostolus & innumerarum Ecclesiarum fundator, qualem proinde specialem curam habere tenebatur. *Quis, inquit, infirmatur, & ego non infirmor; quis scandalizatur, & ego non uror? Quotidiana mihi incumbit sollicitudo omnium Ecclesiarum;* ob charitatem scilicet & affectum, quo fideles omnes, ac præsertim eos, quos ipse ad fidem adduxerat, complectebatur.

Corollarium.

An Petri Primatus importari Monarchiam?

ELliesius cit. pag. 322. respondet 1. Si Monarcha dicitur, qui primum obtinet locû, qui Primatum inter alios tenet, haud dubium est, Petrum hoc sensu fuisse Monarcham. Si verò Monarchia sumatur pro autoritate absoluta, nec non pro dominatu, cui nullus se se potest opponere, nego Petrum hoc sensu Ecclesiæ Monarcham fuisse; hanc etenim

49.

50.

etenim Monarchiam à se & suis rejicit Christus, cum ait: *Reges gentium dominantur eorum, vos autem non sic.* Et Petrus ipse scribens: *Pascite, qui in vobis est, gregem Dei, non coactè, sed spontaneè, non dominantes in Cleris, sed forma facti gregis ex animo.*

51. Hic nonnihil sistendo, facile concesserim, Petri primatum haud importare absolutam dominij potestatem, attamen indefinitam Clavium auctoritate dotatum esse, liquet ex hæcenus deductis sacrae Scripturæ, ac Patrum testimonijs.

52. Idem Theologus *loc. cit.* respondet. Si de regimine sit sermo, primam Ecclesiam Aristocratiam usam fuisse. Nihil enim solus Petrus statuit, sed simul cum Apostolis & senioribus: sic cum eligendi fuerant Diaconi, communi Apostolorum consilio & auctoritate id factum est; cumque de circumcissionis & legalium observatione longè gravior difficultas foret exorta, illa non Petri auctoritate, sed Apostolorum, teniorumque Hierosolymis congregatorum iudicio definita est. Atque adeo verum est, Petri non fuisse absolutum Monarcham aliorum Apostolorum, ut Paulus non sit veritus ei in faciem resistere, cum Gentes ad Judaicas caeremonias observandas vellet impellere. Constat ergo, Petri Primatum non fuisse Monarchiam absolutam, aut dominatum in cæteros Apostolos; quod idcirco monui, quia solent hæretici hæc secum invicem confundere, & Catholicos accusare, quasi Monarchiam absolutam & dominatum in Ecclesiâ admittant, quod à veritate alienum est.

53. Verùm super hisce brevem faciendo reflexionem, videtur distinguendam tum de Clavibus Regni Cælorum *Matth. 16.* Petro promissis, & *Ioannis ultimo* commissis, quæ indefinitam & absolutam *iurisdictionis*, nimirè verò *Dominatûs* potestatem important. In hoc enim differt iurisdictionis à dominatu, quod iste pro sine habeat proprium commodum, illa verò utilitatem spiritualem pauperum ovium, quam, remoto omni dominatu, in Ecclesiâ Prælati exigit. Divus Petrus *supra* allegatus.

54. Tum de potestate Collegio Apostolico intra Concilium Oecumenicum deinceps representando pro perpetuo Ecclesiæ statu *Matth. 18.* promissâ. In cuiusmodi Concilij Decretis stabilendis, oportet, tum Ecclesiæ Caput, Christi vicarium nomen præferens, tum reliquam Ecclesiæ ex Prælati in Concilio aggregatis consistens Corpus Hierarchicè consentire, ut omnimodam obtineant firmitatem. Sicque adeo Regimen Ecclesiæ per Concilium Oecumenicum representatæ est Aristocratia & monarchia mixtum.

55. Tum de Petræ, super quam Ecclesiâ edificanda esset, firmitate, infallibilitatem à portis inferi haud superabilem in rebus fidei importante, Petro Divinitus promissâ *citato Matth. 16. capite.*

56. De qua proinde Petrâ concertatur, utrum antecedenter ad adificationem Ecclesiæ in Concilio representatæ, vel ubi hoc æ-

difficium sub Duorum Corporis scilicet Hierarchici & Capitis consensu in fidei Dogmatibus condendis jam est consummatum, omnimodæ infallibilitatis firmitatem obrineat, sicque puro Pontificis Romani Monarchico, vel Aristocratico intra Concilium mixto regimini innitatur?

## §. IV.

## De Romanæ Ecclesiæ Primatu.

AD demonstrandum Ecclesiæ Primatum, aut Ellielius *presenti dissert. 4. cap. 2.* non sufficere, ut ostendatur, Petrum inter Apostolos Primum habuisse locum, quippe non comnis à Petro fundata & instituta Ecclesiâ, primatum tunc habuit; alioquin Antiochena & aliæ quàm plurimæ orbis Ecclesiæ quas constituit, & saltem ad tempus habuit, primatum sibi vindicarent: quapropter ex traditione ostendendum est, quænam ex Ecclesijs à Petro fundatis primatûs honore dignata fuerit.

## ARGUMENTUM I. Ellielij.

Hic Author *loco citato* probat i. soli Romanæ Ecclesiæ, non alteri semper competisse, ut præ reliquis à Petro fundatis Ecclesijs Primatûs honore dignata fuerit, idque evinci ex unanimi traditione; Cujus primus testis est Irenæus *lib. 3. cap. 3. Maxima*, inquit, & antiquissima à duobus Apostolis Petro & Paulo Roma fundata Ecclesiâ, eam quam habet ab Apostolis fidem per successores Episcoporum pervenientem usque ad nos indubitè consundimus omnes eos, qui præterquam quod oportet, colligunt, ad hanc enim Ecclesiam propter potentioris principalitatem necesse est, omnem convenire Ecclesiam: hoc est, eos qui sunt antiqui fideles, in quâ semper ab is, qui sunt antiqui, conservata est ea, quæ est ab Apostolis tradita.

Secundus testis est Cyprianus *Ep. 54. Navigare*, inquit, audent ad Petri Cathedram, atque ad Ecclesiam principalem, unde unitas sacratissimè exorta est.

Tertius, Gregorius Nazianzenus in *cartine de vitâ suâ*. Romam vocans universi mundi Præsidem.

Quartus, Rufinus in *inveſt. 2. in Hieronymum*. Romanam Ecclesiam appellans omnium Ecclesiarum Caput.

Quintus Augustinus *Epist. 168. nunc 49.* ubi ait, Principatum Apostolicæ Cathedre semper in Romanâ Ecclesiâ viguisse, & *Epist. 105. nunc 196.* De cuius, inquit, gratia commendatione maxime ad Romanos apostolica Epistola loquitur, ut inde se prædicatio eius velut à capite orbis toto orbe diffunderet. Et contra *duos epistolâ Pelagij lib. 2. cap. 1. ad Bonifacium Romanam Urbis Episcopum* hæc ait: *Communis est nobis, qui fungimur Episcopatus Officio, quantum in eo præemineat celsiore fastigio specula potestatis.* Et antea, quamvis alius prædicat.

Sextus Theodorit, qui in *Epist. ad Leonem*, Romanam Ecclesiam orbi universo præesse scribit.

Hos



Hos sequuntur Fulgentius lib. de Incarnatione & gratia cap. 11. Vincentius Lyr comment. cap. 42. Victor Uticensis lib. 2. de persecutione Vandalicâ, qui Romanam Ecclesiam mundi Caput appellant, & alij bene multi, quos impræsentiarum commemorare, longum foret.

Responsio.

59. EX integro probarem hoc Elliesianum argumentum, nisi ex antecedentibus constaret, Romanæ Ecclesiæ Primatum per ipsum spoliarî præminentij, quibus à Christo fuisse datum, antehac probavimus. Et hinc quæ ulteriora sive ab ipsismet Romanis Pontificibus, sive ex Concilij Oecumenicis hanc in rem testimonia adfert Elliesius, ea non aliter accipienda sunt, nisi de Primatu illis prærogativis Divinitus insignito. Juxta quem adeo sensum, duximus operæpretium, rursus audire illum Theologum in hæc differenter verba. In Concilio Chalcedonensi primus locus Leonis Legatus datus est, & Romanæ Ecclesiæ primatus communi omnium consensu comprobatus, nec non à Judicibus ita confirmatus his verbis: Gloriosissimi Iudices dixerunt, ex his quæ gesta sunt, vel ab unoquoque disposita, perpendimus, omnem quidem primatum & honorem præcipuum secundum Canones antiquæ Romæ Dei amantissimo Episcopo conservari. Ita sanctio confirmatur Canone 36. Synodi Trullanæ. His accedit Imperatorum auctoritas. Sic Theodosius loquitur Cum igitur Sedis Apostolicæ primatum Sancti Petri meritum, qui Princeps est Episcopalis coronæ & Romanæ dignitas civitatis, sacræ etiam Synodi firmavit auctoritas. Valentinianus item in Epist. ad Theodof. ante Concil. Chalced. Quatenus Romana Ecclesiæ Episcopus, cui Principatum sacerdotij super omnes antiquitas contulit.

Justinianus Novell. 131. tit. 14. c. 2. Sancimus secundum Ecclesiasticarum Regularum definitiones, Sanctissimum senioris Romæ Papam primum esse omnium Sacerdotum: Beatissimum autem Archiepiscopum Constantinopolis novæ Romæ secundum habere locum post sanctam Apostolicam senioris Romæ Sedem: alijs autem omnibus Sedibus præponatur.

Idem Romanæ Ecclesiæ privilegium agnoverunt Gallicani & Hispani Antistites. Illi in Epist. ad Leonem Principatum Ecclesiæ Romanæ super omnes Ecclesias prædicant. Illi in Synodi Tarracoenensis Epist. ad Hilar. Cujus, inquiunt (Petri Vicarij) principatus sicut eminet; ita ab omnibus metuendus & amandus.

ARGUMENTUM II.

De Primatu, quem ambiebat Constantinopolitana Ecclesia, per Elliesium refutato.

60. SUNT nonnulli, qui ea, quæ à Concilio Constantinopolitano & Chalcedonensi circa primatû Ecclesiæ Constantinopolitanæ sunt facta, Primatui Romano obtuisse putent.

Verum hic Author præf. dissert. 4. cap. 2. §. 2. rei præsentis statum ita exponit, ut, attentis ijs, quæ circa Primatûs Romani præminentias hæctenus dicebam, ex integro comprobem Theologi illius discursum sub his formatum verbis.

Ex Concilij nempe Constantinopolitani Canone vix quidquam obijci potest: nam ut probavimus, in eo honoris primatus Constantinopolitano Episcopo non nisi post Romanum conceditur.

In Chalcedonensi major difficultas. Namque Episcopi in definitione att. 16. Ita presbysa, hoc est, eadêm & æqualia privilegia tribuunt Episcopo novæ Romæ, ac veteris Romæ Episcopo, & Judices in suâ determinatione æqualia primatûs honoris jura concedunt utrique. Verum si quis hæc diligentius attendat, videbit, hæc non obesse primatui veteris Romæ, nam hic Episcopi fateantur Constantinopolim esse secundo loco. Secundam, inquiunt de novâ Româ, post illam veterem existentem. Et postea: Episcopum tamen Constantinopolitanum habere Presbysia tyrimys post Romanum Episcopum. Judices verò Romanæ Ecclesiæ tribuunt. Pro panton men ta protejsa che tyn exaireton tyryn. Constantinopoli verò tribuunt ta avta presbysia tyrimys. Sed tantum post Romanum. Itaque dum idem primatûs honor Constantinopolitano deferretur, his Canonibus Romani Pontificis primatus non læditur, sed tantummodò Antiochenæ & Alexandrinæ, aliarumque Ecclesiarum privilegij derogatur. Hinc S. Leo Epist. 56. non queritur, suum primatum læsum esse Canonè Chalcedonensi, sed quòd secundæ honoris privilegium Sedes Alexandrina perdidisset, & Antiochena Ecclesiâ proprietatem tertie dignitatis amiserit. Et postea: Non convellantur provincialium iura primatum, nec privilegij antiquitus instituti Metropolitanæ fraudentur Antistites. Nihil Alexandrinæ Sedis ejus, quam per sanctum Marcum Evangelistam beati Petri discipulum meruit, percat dignitatis. Antiochena quoque Ecclesia in potestate constitutionis ordine perseveret. Eadem expostulat Epist. 57. 58. 63. 66. ac nusquam queritur, hanc Chalcedonensis Concilij sanctionem sibi, suoque Primatui obesse.

Sed deinde ulterius progressa novæ Romæ ambitio, suam Ecclesiam cum Romanâ cœquare, quantum potuit, conata est: Sic Joannes Const. ad Hormisdam scribens Epistulam eam, quæ inter Epist. Hormisdæ est 34. Sanctissimas, inquit, Dei Ecclesias; hoc est, superioris vestræ & novellæ istius Romæ unam esse accipio. Illam Sedem Apostoli Petri & istius augustæ civitatis unam esse, definio. Et post alia: Sicut, oportet, dicere, & olim scripsi, utraq; Ecclesiæ tam senioris, quam novæ Romæ unam esse evidenter intelligens, & utriusque unam Sedem rectè definiens.

Hinc etiam Constantinopolitanus Oecumenicû se Patriarcham dici amavit, sibi que illud nomen vindicavit. Hoc primum Joanni Cappadoci tributum legitur in Concil. Constant. sub

X x x

sub

7. Disquis. I.

difficili sub Doctum Corpora... rachi & Capris continet... tibus concordans... nimis infallibilitatis... sicque pro Pontifici Romano... vel Antiocheno... Concilio... gnum in statu?

S. W. De Romæ Ecclesiæ Primatu

Ad demonstrandum... Elliesius præf. dissert. 4. cap. 2. §. 2. rei præsentis statum ita exponit, ut, attentis ijs, quæ circa Primatûs Romani præminentias hæctenus dicebam, ex integro comprobem Theologi illius discursum sub his formatum verbis.

ARGUMENTUM I.

Hic Author... Elliesius præf. dissert. 4. cap. 2. §. 2. rei præsentis statum ita exponit, ut, attentis ijs, quæ circa Primatûs Romani præminentias hæctenus dicebam, ex integro comprobem Theologi illius discursum sub his formatum verbis.

Idem Romanæ Ecclesiæ privilegium agnoverunt Gallicani & Hispani Antistites. Illi in Epist. ad Leonem Principatum Ecclesiæ Romanæ super omnes Ecclesias prædicant.

De Primatu, quem ambiebat Constantinopolitana Ecclesia, per Elliesium refutato.

Sunt nonnulli, qui ea, quæ à Concilio Constantinopolitano & Chalcedonensi circa primatû Ecclesiæ Constantinopolitanæ sunt facta, Primatui Romano obtuisse putent.

sub Menna & Anthimo conceditur in eod. lib. 4. cap. 7. novellâ 16. Deinde Maxentio imperante, Joannes, cognomento Jejunator, seipsum Oecumenicum Episcopum appellavit in Synodo adversus quendam Gregorium Episcopum. Tum Pelagius II. ob elationis hujus vocabulum, inquit Gregorius lib. 4. Epist. 38. hujus Concilij acta dissolvit. Hujus Pelagij successor Gregorius eundem titulum, quem Ioannes Mauritij gratiâ fretus retinebat, impugnavit litteris ad Imperatorem, ad Patriarchas & ad ipsum Joannem scriptis.

Ex his Eulogius Alexandrinus rescripsit Gregorio se pariturum, & istâ voce Oecumenici abstenturum. Hunc tamen titulum in his ipsis litteris Gregorio adscripsit, quod ei non placuit, sed Eulogium monuit, ne vel sibi, vel alteri cuiquam tale aliquid adscriberet.

Post Joannis mortem Cyriacus hujus successor eundem titulum detinuit, authorque fuit Mauritio & Anastasio Antiocheno, ut Gregorio scriberent, rem esse levem, & omnino indignam ejus disensionem, & scandala generare: ideo Gregorius licet invitus, sed pacis ergo Cyriaci litteras communicatorias hocce titulo inscriptas suscepit: at graviter eum admonuit, ut à stulti, verba iunt Gregorij, vocabuli se appellatione compesceret. Attamen hunc retinuerunt Constantinopolitani Antistites, frustra reclamantibus Pontificibus Romanis: nam licet Phocas in odium Cyriaci, & in gratiam Romani Pontificis adversus hanc Constantinopolitani Antistitis dignitatem, decretum emisisse dicatur, statim tamen Heraclius rem in integrum restituit, posterioreque Antistites Constantinopolitani hunc semper titulum usurparunt. Quamvis autem ambitiosus ille sit, ut rectè vitium est Gregorio, attamen Romani Pontificis Primatui non obest, dici etenim potest aliquis Episcopus universalis ratione Dioceseos, cui præest, quo sensu non solum Constantinopolitano, sed & Alexandrino & Antiocheno id nominis inultum est. Hinc Anastasius Bibliothecarius in præfat. 7. Synodi ad Joannem §. hunc titulum excolat. In eo, inquit, quo frequenter Oecumenicum in hac Synodo Græci Patriarcham suum inconvenienter appellant, Apostolatus vester adulationi veniam det. Verùm cum apud Constantinopolim positus, frequenter Græcos super hoc vocabulo reprehenderem, & fastidus, vel arrogantia redarguerem, asserbant, quod non ideo Oecumenicum, quem multi universalem interpretati sunt, dicerent Patriarcham, quod universi orbis teneat Præsulatum, sed quod cuidam parti præsit orbis, quæ inhabitatur. Nam quod Græci Oicumenyn vocant, à Latinis non solum orbis, à cuius universitate universalis appellatur, verùm etiam habitatio, vel locus habitabilis nuncupatur.

64. Denique quamvis Græci, postquam à Latinorum communione sejuncti sunt, in Romanam Ecclesiam fuerint iniquiores, nunquam tamen eju Primatum directè impugnaverunt, nec enim aut Photius, aut Michael Cerularius hanc disensionis causam allegant,


nec de primo loco cum Romano Episcopo contendunt: unde & Græci recentiores fatentur, primum locum deberi Romanæ Ecclesiæ. Verùm id ipsi à Concilij & Imperatoribus indultum, vel ob amplitudinem orbis concessum esse, contendunt, non autem Jure Divino, & à Petro istud privilegium habere autumant. Sic Barlaam Monachus in libello de Papæ Principatu cap. 2. ait, omnes Apostolos, quoad Ecclesiam attinet, in pari honore fuisse, sacri autem duodenarij Principem fuisse Petrum; cap. 3. negat, Romanum Pontificem peculiariter esse successorem Petri, cap. 4. ait: Romanam Sedem multis sæculis post Petrum, Sanctorum Patrum, pijsimorumque Imperatorum beneficio primas fuisse natam. Cap. 6. ait, Sedem Constantinopolitanam dignitate primam esse, & in rebus Ecclesiasticis, penitentiæ atque Romanam summâ eminere potestate, sed ordine secundam esse: Quænam admodum emus, inquit cap. 7. novæ Romæ Episcopus à Papâ secundus ordine est, ita planè Alexandrinus hinc secundus, deinde Alexandrino proximus Antiochenus, Hierosolymitanus ænigme Antiochenus.

Hæc ratione negat, Constantinopolitanos Antistites à Pontifice creandos esse, & cap. 9. Papæ prærogativam in eo sitam esse, docet, ut primo sederet loco, primasque frater appellaretur, atque aded in mysticis Divina liturgiæ precibus prima illius mentio fieret. Tu si quid amplius, inquit, dicere habetas è sacris Canonibus, id demonstra, minimè refragabimur.

Eadem habet Nilus in lib. de Primatu: Cum, inquit, duo circa Papam consideranda sint, quod & Romæ Episcopus sit, & præterea quod sit primus aliorum Episcoporum, prius illud à Petri accepit, quod sit Romæ Episcopus, alterum verò à sanctis Patribus & pijs Regibus multo post tempore. Etenim Sedi veteris Romæ, quod Vrbis illa Imperatrix esset, meritò Patres primatus dignitatem tribuerunt. Idem in lib. de dissen. Ecclis. Neque verò, inquit, illud in causâ est, quod Latini affirmant, nos nobis primatum arrogare verò, & in secundis post Romanum principatum nobis consistere, simulque ideo pacem deturbare, neque enim, inquam, cum Romana Ecclesiâ de primatu contendimus, neque de secundo loco nunc agitur. Ex his perspicere licet, quæ sit recentiorum Græcorum de primatu Romanæ Ecclesiæ sententia, & in quibus vera dicant, in quibus à vero aberrent.

#### Corollarium.

65. Elliesius equidem sua quarta dissertatione cap. 2. §. 3. recensitis ex una parte Wicleffitarum, Lutheranorum, & Calvinianorum, ex parte Curia Romanæ Theologorum de Ecclesiæ Romanæ primatu sententijs, subiungit, fusiusque exponit Gallorum hæc de re doctrinam veluti mediam: in quâ occurrunt plurima improbanda. Quia tamen per totum præsens opus nostrum fustissimè eam vel discussimus, vel deinceps adhuc discutimus, idcirco actum ageremus, si illi Elliesiano proposito diutius immoraremur.



DISQUISITIO II.

An, & quanta sit Summi Pontificis antecedenter ad Ecclesiam consensus infallibilitas in fidei dogmatibus decidendis?

Huic questioni affinis est, quam Author de libertatibus Ecclesie Gallicane cit. lib. 7. cap. 17. in hunc modum proponit; An iudicium Papae sit infallibile, quod ei consensus Ecclesie accedat, an vero ei accedat Ecclesie consensus, quod sit infallibile?

S. I.

1. Quae Author ille toto libro proferebat, ed tendebant, ut ostenderetur, iudicium Papae in fidei questionibus esse certissimum, antequam accedat Ecclesiae consensus, imo ideo Ecclesiae consensus accedere, quia certissimum est. Etenim illa certitudo tribuitur Divinae promissioni Petro factae, aut orationi pro illo a Christo ad Patrem porrectae, aut alij simili rationi, quae indicat, Romanum Pontificem, sicut in pascendi torius gregis Christi, ac regendae universae illius Ecclesiae officio, ita & salubris fidei ac morum pastus ab erroris veneno discernendi, & fratrum adversus haereses status, per doctrinam a Patre caelesti revelatam, confirmandorum privilegio successisse, Illustrissimi equidem Antulices Gallicani aliquid, & quidem eximium Summo Pontifici concedere voluerunt magnificis illis quartae propositionis verbis: in fidei quodque questionibus praecipuas Summi Pontificis esse partes, ejusque decreta ad omnes, & singulas Ecclesias pertinere. Hinc ad minimum colligendum videtur, omnes & singulas Ecclesias iudicio Papae in causis fidei stare debere, donec reformetur a Concilio Universali, etiamsi nondum Ecclesiae universae consensus accesserit. Equidem hoc pacto schismati occurritur, si modò fideliter servetur ab omnibus & singulis Ecclesijs. Verum (quae est hominum conditio, ac propriae sententiae studium) difficile est, ut conquiescant partes, quamdiu iudicium prolatum errori obnoxium putabunt; itaque cum difficillima sit Concilij Generalis congregatio, perpetuis dissidijs turbabitur Ecclesia. Cum autem innumera extent exempla haerelium absque autoritate Conciliorum Generalium solo Romanorum Pontificum iudicio extingarum, quod signum est, illud tanquam infallibile fuisse susceptum; quorum hodie praemissa commendatione obex apponitur, ne illi, utpote reformabili, intentus praestet assensus?

2. Nescio, an aliquod habitum fuerit Concilium Generale a primo Nicæno ad Tridentinum, quod absolute necessarium a Catholicis iudicaretur ad detegendam fidei veritatem. Neque enim ante Concilium Nicænum dubitabant Catholici; an Filius esset consubstantialis Patri; neque ante Constian-

tinopolitanum; an Spiritus sanctus esset consubstantialis Patri & Filio, & sic de ceteris Concilij, quae omnia necessaria fuerunt, non quod dubium esset inter Catholicos circa fidem, sed quod frangenda esset haereticorum pertinacia, & inquirendae viæ ad sistendum haerelium progressum, & promovendam fidei publicationem. Itaque Conciliorum congregatio nullum arguit erroris periculum in iudicij Papae, quae forte praecesserant: contra vero infallibilem eis certitudinem inesse, ostendit praestitum ab Ecclesia universa consensus in damnatione infinitarum propemodum haerelium absque convocacione Concilij Generalis, ut mox dicebam.

3. Certè si Papae iudicium ante Ecclesiae universae assensum non est irreformabile, nescio, quae sint praecipuae illae Summi Pontificis partes, & ejus decretorum vis in omnes & singulas Ecclesias. Nam & cujuslibet, non solum Episcopi, vel Doctoris, sed etiam fidelis iudicium est irreformabile, accedente consensu Ecclesiae. Cum enim Ecclesia sit columna & firmamentum veritatis, errori fidei contrario consentire non potest. Ne igitur inanis sit autoritas B. Petro collata, cum in praemium suae fidei constitutus est Ecclesiae fundamentum: ne confirmandis fratribus inutilis fuerit Christi pro ejus fide indeficiente oratio; ne illius curae commissum sit Christi ovile absque certa discretionem pascorum, quae oves impinguatura, aut infectura sint; neve transeunte ad ejus successores officio, non transiisse quoque autoritatem dicamus, ut in fidei quæstionibus praecipuas Summi Pontificis esse partes asserere liceat; ejusque decreta ab omnibus & singulis Ecclesijs tunc recipi possint; neve deceptis universis & singulis Ecclesijs, Ecclesia universa (quod fieri nequit) decepta inveniatur, affirmandum videtur, Ecclesiam iudicio Summi Pontificis ideo consentire, quia est infallibile, & illa non nisi certa veritati assentire potest; non illud iudicium esse infallibile, quia Ecclesia ei consentit. Prius enim est, rem esse certam, quam Ecclesiam ei consentire. Summus Pontifex est omnium fidelium Doctor, atque adeo suscipienda est ejus doctrina, quia certa est; non autem solum certa est, quia suscipitur. Ille quidem Ecclesiae consensus signum est certitudinis iudicij, quia, ut diximus, Ecclesia errori consentire non potest. At non est certitudo iudicij, sed illam potius supponit.

4. Hanc esse mentem Ecclesiae, quae in toto hoc libro adduximus, suadent argumenta. Sed praecipue, quod ex universae historiae Ecclesiasticae serie constet, Ecclesias omnes, omnique tempore ad Romanam recurrisse in dubijs circa fidem, & ejus responsa tanquam oracula suscepisse, idque speciatim de Gallicana testatur S. Leo Epist. 89. jam citata. Nobiscum itaque vestra fraternitas recognoscit, Apostolicam Sedem pro sui reverentia a vestra etiam provincia sacerdotibus innumeris relationibus esse consultam. Et regula est ab universa Ecclesia recepta, causas fidei ad sanctam Sedem esse

X x x x

esse referendas; hanc tradidit S. Innocentius 1. epist. 25. seu rescripto ad Milevitanum Concilium: *Quoties fidei ratio ventilatur, arbitrator, omnes Fratres, & Coepiscopus non nisi ad Petrum, id est, sui nominis & honoris Authorem referre debere: renovarunt plurimi alij Pontifices, & executi sunt Antislites, præsertim, ut diximus, Gallicani. Absurdum autem esset dicere, consultum fuisse Romanum Pontificem tanquam Jurisperitum, aut Doctorem aliquem privatum, cujus sententiæ stare, vel ulteriori examini subijcere, liberum esset consulentibus. Econtra in omnibus ferè hujusmodi consultationibus fit expressa mentio permanentis in Ecclesia Romana, & in ejus Pontifice indeficientis fidei Petri. Postulabatur, ut pro ambiguitate tollendâ confessio Episcoporum auctoritate Sedis Apostolicæ firmaretur; quod docet exemplum S. Casarii Arelatensis: inter epistolas Bonifacii II. epist. 2.*

S. In tota historia Ecclesiastica paucissimi reperiuntur Catholici, qui solenni Papæ judicio circa fidem resisterint, eosque omnes in errore versatos, eventus comprobavit, quod adhuc signum est, illud certissimum esse, antequam accedat Ecclesiæ consensus; nec nisi ad convincendam hæreticorum obstinationem res iterum in Concilijs tractatas fuisse, annuentibus ipsismet Pontificibus. Unde B. Augustinus, qui ut B. Cyprianum excuset, Concilium plenarium, sive generale alicubi videtur exigere, ad statuendum indubitatum dogma in alijs locis sufficere judicium Romani Pontificis affirmat. Ita *serm. 2. de verbis Apost. causam finitam esse post Romanorum Pontificum rescripta, licet nondum finitus esset error, declaravit. Verba jam alibi retulimus. Et caput 50. lib. retractionum sic inchoat: Posteaquam Pelagiana hæresis cum suis Authoribus ab Episcopis Ecclesiæ Romanæ, prius Innocentio, deinde Zozimo cooperantibus Conciliorum Africanorum litteris, convicta atque damnata est, scripsi duos libros adversus eos, unum de gratia Christi, alterum de peccato originali. Illa autem convictio non potest intelligi de convictione argumentorum vi factâ, aut de illius hæresis extirpatione, (alioquin enim non fuisset opus, ut D. Augustinus duos illos libros postea scriberet, nec tamdiu persistisset error) sed de judicio irreformabili. Neque auctoritate illâ prædictum erat judicium ex eo, quod accessisset Ecclesiæ consensus; tantum enim Conciliorum Africanorum fit mentio, quæ Ecclesiam universam repræsentare nequaquam potuerant, quam ob rem sanctus Doctor epist. 157. quæ est ad Optatum, damnationem prædictorum hæreticorum per totum orbem tribuit auctoritati eorundem Pontificum, Concilij autem Episcopalis (Africanis scilicet) solam vigilantiam, cujus (hæresis) vel Authores, vel certè acerrimi, notissimique suasores, cum Pelagius & Celestius extitissent, Conciliorum Episcopalis vigilantia in adiutorio Salvatoris, qui suam tuetur Ecclesiam, etiam à duobus venerabilibus Antislitibus Apostolicæ Sedis, Papâ Innocentio, &*

*Papâ Zozimo, nisi correcti etiam egerint penitentiam, toto Christiano orbe damnati sunt.*

Animadvertite hic, prolatâ Romanorum Præsulum solenni sententiâ, damnationem in toto orbe factam censeri, nondum enim Ecclesiæ universæ consensus accesserat, cum nondum constaret; an Episcopi encyclicas Summorum Pontificum litteras acceptissent. Addit enim Augustinus: De quibus exempla recentium litterarum, sive quæ specialiter ad Afros, sive quæ universaliter ad omnes Episcopos de memorata Sede manarunt, ne fortè ad vestram sanctitatem nondum pervenerint, vobis curavimus mitti ab eis fratribus, quibus & has litteras, ut tuæ venerationi dirigerent, dedimus.

Dum igitur S. Augustinus B. Cyprianum excusat S. Stephano Papæ circa Baptisma ab hæreticis collati validitatem resisterent; eò quod causa nondum fuisset à plenariò Concilio definita, supponit, judicium illud non fuisse solemnem definitionem, quæ non nisi post examinatam, & agitatam cum eâ, quæ par est, diligentia causam profertur; sine qua diligentia vel à Concilij etiam Oecumenicis quæstiones ejusmodi definiti posse, negat idem S. Augustinus de Baptismo contra Donatistas lib. 2. cap. 4. *Quomodo enim, inquit, potest ista res tantis altercationibus nebulis involuta, ad plenarij Concilij luculentam illustrationem, confirmationemque perducì, nisi primò distinctis per orbis terrarum regiones, multis hinc dispartitis & coactionibus Episcoporum pertractatam inspicatur? Apertius inmediate in capite præcedenti dixerat; ipsa plenaria (Concilia) sæpe prius præterioribus emendari, cum aliquo experimento verum aperitur, quod clausum erat, & cognoscitur, quod latebat. Itaque non censebat irreformabilia Conciliorum judicium, nisi debitam adhibuissent ad detegendam occultam, & latentem veritatem, diligentiam, quo etiam sentia accipiendus esset, sicuti videretur innotet, judicium Summi Pontificis non esse irreformabile; ut scilicet intelligeretur de casu, in quo non præcessisset examen necessarium ad solemnem edendam definitionem. Quamquam non videtur Deus permissurus, ut vel Concilium Generale legitimum, vel Summus Pontifex quidquam solemniter definiat, nisi præviâ discussione necessariâ ad omnimodam certitudinem. Alioquin enim liceret, semper de illorum definitionibus dubitare, etiam si nulla vis aperta intercessisset ad eas extorquendas. Quomodo enim privati Christiani scire possent, quo, quâstione opus fuisset examine, ac utrum decisionem antecessisset?*

Atque ita sensisse S. Augustinum, credendum est, nisi dicas, quod non est verisimile, ipsum solius Universalis, non autem vel Concilij Generalis, vel Summi Pontificis judicium irreformabile putasse: quam doctrinam tradidit Panormitanus, inter Catholicos solus quem sciam.

Non recolo modò alium ex ijs, quos Ecclesia venerat ut Sanctos, præter Cyprianum tunc temporis errantem, Summi Pontificis judicio circa fidei quæstionem repugnasse.

se. Imò dum alius quis circa principalia disciplinae capita à Romano Pontifice dissen-

10. Non tamen usque ad Ecclesiae consensum in Concilio Nicæno, ac in alijs praestitum suspen-

11. Sed ut redeamus ad quaestiones fidei, haeribus, & schismatibus via panditur in tanta congregandarum hodie Synodorum Generalium difficultate, & tam modica inter diversarum, vel etiam inimicarum ditio-

num, & nationum Praefules communione, nisi iudicium Romani Pontificis tanquam certissimum suscipiendam sit. Quam ob rem consultus est, modernorum Antistitum Gallicanorum declarationem postponere sententiae aliorum multò plurium, qui non ita pridem, & consulendam sanctam Sedem in quaestionibus fidei, & ejus decretis internum animae obsequium debent, etiam antequam Ecclesiae universae consensus accesserit, tam aperte declaraverant, ut eorum mens nullis argutiarum nebulis possit obscurari. Sic enim legimus in literis octuaginta quinque Episcoporum Galliae ad Innocentium X. anno 1653. scriptis. *Majores causas ad Sedem Apostolicam referri, solennis Ecclesiae mos est quem fides Petri nunquam desiciens perpetuò retineri pro jure suo postulat. Equissima huic legi obsequentes, &c. vides hic, jus esse Romani Pontificis in fide Petri nunquam desiciente fundatum, ut majores causa ad eum referantur.* Audi jam; quanta sit ejus decretorum vis & efficacia; *Expertæ est nuper Beatitudo vestra, quantum Apostolicæ Sedis in gemini capitis errore praesigando valuerit auctoritas. Continuo sedata est tempestas, atque ad Christi vocem venti, & mare obdierunt.* Non esse autem necessarium reliquorum Episcoporum consensum, ut illis decretis Christiani omnes, ipsius quoque mentis obsequium praestare teneantur, docent aliae litteræ à 30. ex ijs Episcopis, reliquis absentibus, scriptæ eidem Pontifici 19. Julij eodem anno; *Non solum ex Christi Domini pollicitatione Petro factâ, sed etiam ex actis priorum Pontificum, & ex anathematismis adversus Appollinarium, & Macedonium, nondum ab ulla Synodo Oecumenica damnatos, à Damaso paulo ante factis. judicium pro sancienda regula fidei à Summis Pontificibus lat. super Episcoporum consecratione (sive suam in actis relationis sententiam ponant, sive omitant, pro ut illis cellibuerit) Divinâ æque, ac summâ per universam Ecclesiam auctoritate nisi: cui Christiani omnes ex officio ipsius quoque mentis obsequium praestare teneantur. Et nos quoque sententiâ, ac fide imbuti, &c.* Licet autem hic Episcoporum sententiæ mentio fiat, tamen præterquam, quod eam exprimi, non esse necessarium, declaratur, de Episcopis tantum consulentibus est sermo, quorum nomine non intelligitur Ecclesia; quippe cum vel singulares, vel alicujus provinciae, aut regni, non totius urbis Antistes simul sanctam Sedem consultant. Unde circa finem epistolæ addunt Praefules Gallicani: *Porrò nos Innocentio X. cuius ore Petrus loquutus est, ut Leonis I. acclamabat quarta Synodus, hanc Divinam Lauream gratulari, sacros inter Ecclesiae sacros, quod olim de Synodi Oecumenicis fieri solitum; constitutionem istam ab eo editam lubentes ex animo reponemus.*

Eadem fuit antiquorum Gallorum sententia, ut jam probavimus, & adhuc probari posset. Epistola sex Episcoporum ad Innocentium II. anno 1140. scripta inter S. Bernardi epistolâs 370. sic incipit: *Nulli dubium est, quòd ea, quæ Apostolicâ firmantur auctoritate, rata semper existunt, nec alienius possunt deinceps mutari cavillatione, vel injuriâ depravari. Ea-*

X x x x  
propter

isquis. II.  
Zozimo, nō certū etiam episcopi  
isto christum ubi dicitur  
Animadvertere hic, prolixi  
ulum solenni sententiâ, hanc  
no orbe factam ecclesiâ, hanc  
eligere univere consensu, non  
omnes confiteri; an Episcopi  
norum Pontificum potestatem  
enim Augustinus: De civitate  
scentium litterarum, sive qui  
Alros, sive qui universales  
episcopos de mem orati hinc  
tie ad vestram sanctam  
rines, quibus coram eo non  
is, quibus de his litteris  
ingerent, ac demum  
Dum ignotus S. Augustinus  
S. S. Stephanus Pope  
nicis solati videretur, de  
causa nondum hinc  
dehinta, supponi  
sollemnem declarationem, que non  
examinata, si ipsa non  
est, diligentia curio  
entia vel à Concilio  
iones episcopales  
S. Augustinus de  
lib. 2. cap. 4.  
us tantu  
Concilio  
am regens,  
Episcopi  
inmediate  
ple ple  
miserandi,  
quod  
Itaque non  
Conciliorum  
ad de  
diligentiam,  
etiam  
non  
non  
nem  
Generalis  
quod  
diffusione  
nem. Alioquin  
orum  
Quæ  
offens, quo  
de  
ita  
Ll  
alis, vel  
sile  
ormianus, inter

12.

propter ad vestram Apostolicam Sedem, Beatissime Pater, referre dignum censuimus quedam, que nuper in nostra contigit tractari presentia. Que quoniam & nobis, & multis Religiosis, & sapientibus viris rationabiliter acta visa sunt, vestre serenitatis expectant comprobari iudicio, simul & auctoritate perpetuo roborari.

43. Potho Presbyter Prumiensis de statu domus Dei lib. 3. Hoc namque privilegium, inquit, B. Petro Apostolorum Principi caelesti decreto principaliter traditum atque firmatum, sancti Patres cum magna veneratione suscipientes, atque sanctam Romanam Ecclesiam servantes; tam in Generalibus Concilijs, quam & in ceteris scripturis, & gestis suis, universalem Matrem appellaverunt, & sicut ejus documenta in confirmatione fidei, & eruditione sacrae Religionis, ita ejus etiam iudicia suscepimus in hoc consentientes, & quasi uno spiritu, & unâ voce concordantes, omnes majores res, & præcipua negotia, nec non omnium Ecclesiarum iudicia ad eam quasi ad Matrem & Caput debere referri, ab ea nunquam appellari, iudicia ejus à nemine retractari, aut refoveri debere, vel posse.

44. Præverat illi ejusdem Monasterij Abbas Regino, qui longè antea scripserat in Chron. ad annum 877. quod jam supra retulimus; scilicet stultitia quidem elogio denotandi, qui illam Petri Sedem aliquo pravo dogmate fallere posse, arbitrati sunt, que nec se seseclit, nec ab aliqua hæresi falli potuit.

## S. II.

Referuntur ac expendantur fundamenta Adversariorum cum responsionibus, & conclusione super ijs reflexivâ.

## ARGUMENTUM I. Adversariorum.

Petitum ex necessitate Conciliorum Oecumenicorum ad consummatam in rebus fidei decidendis infallibilitatem obtinendam.

15. SI namque solus Pontifex obtineret hanc infallibilitatis prærogativam, ita ut absque ullo erroris periculo posset fidei controversias ultimâ definire, Concilia sanè Oecumenica vel inutilia forent, vel saltem non necessaria ad dirimendas circa fidem controversias, cujus tamen contrarium exhibet praxis sanctæ Ecclesiæ, secundum quam ipsimet etiam Pontifices, nec non Imperatores, unâ cum totius Christiani orbis Episcopis, noscuntur nullis pepercisse seu laboribus, seu impensis, ut in eum finem celebrarentur Concilia Oecumenica.

## Responsio.

16. Auctor de libertatibus Ecclesiæ Gallicanæ cit. lib. 7. cap. 14. à n. 2. respondet, distinguendo imprimis inter utilitatem Conciliorum Oecumenicorum, & eorundem necessitatem ex ipsa natura rei, de qua agitur, vel ex conditione hominum, de quibus tractatur, resultantem. Neque verò in dubium vocari potest, Conciliorum præsertim Oecume-

nicorum utilitatem esse permaximam, neque ambigere licet, esse necessariam ad frangendam hæreticorum pertinaciam; sed utrum ad iudicij omnimodam & consummatam in rebus fidei certitudinem ipsi opus merito hic pensanda occurrat quaestio. Auctore expensâ.

Inprimis igitur, cum Summus Pontifex in rebus fidei decernendis teneatur eam impendere curam, & sollicitudinem, quam requirit negotij gravitas, & patitur rerum status, non Scripturas duntaxat, sed traditiones scrutando, nulla profectò est convenientior assignancia veritatis ratio, quam si totius orbis Christiani Episcoporum sententia requiratur, ac singularum Ecclesiarum traditiones, & singulorum Pastorum sententiæ inter se conferantur. Itaque quantum commode fieri potest, non est prætermittenda ea invelligandæ veritatis via, quæ utinam semper præsto esset. Illam suo exemplo primus Pontifex Petrus præmonstravit.

Etenim quavis B. Petrus, cum loco proditoris Iudæ substituendus esset alius, qui Apostolico fungeretur officio, potuisset cum eligere; tamen præ humilitate ac prudentiâ non solum alios Apostolos, sed etiam reliquos fideles congregatos, electionis participes effecit; ut observat S. Ioannes Chrysostomus hom. 3. in act. Apost. ubi post hæc verba: Viri fratres, oportet eligere vobis; addit: Multitudini permittit iudicium, simul eos, qui eligebantur, reddens reverendos, & seipsum liberum ab invidia, similitateque, quæ poterat à ceteris oboriri. Nam & semper ingentia gignit mala. Et infra: An non licebat ei eligere? licet, & quidem maxime. Verum id non facit, ne cui dederetur gratificari. . . . Ceterum sententiam ipse protulit, sed hanc quoque declarans, suam non esse, sed è supernis profectam, juxta Prophetiam, Itaque recitator sui, non præceptor.

Natura pares nos gignit; peccatum ad ambiendum præ alijs, & in alios, in Principatum impellit: ut etiam inter Apostolos fuerit contentio, quis eorum videretur esse major, quod dissidium noluit Christus componere, assignato unicuique suo ordine, sed potius præscriptâ humilitatis formâ, ut quisque alteri se supponere contenderet. Qui major est in vobis, fiat sicut minor, & qui præfuerit, sicut ministrator Luca 22. v. 26. Quam ob rem excepto Petro, quem alijs præposuit, nihil inter eos potestatis discrimen constituit. Itaque ut levius sit subjectionis ac obedientiæ jugum, communi concordia, ac regiminis suavitati expedit, ut rectores, quæ propriâ autoritate efficere possent, communi subditorum consilio exequantur. Nihil mirum, si in Christi familia, in qua pax summa & humilitas tantò profundior, quantò quis altiori eminet dignitate, vigere debent, Romanus Pontifex cum fratribus suis communi sententiâ, quoties, & quantum commode potest, graviora Ecclesiæ negotia gerere studeat, etiam si solus posset.

Præterea, qui ad Concilia accedunt, vel fideles sunt, vel hæretici: si fideles, inlustrantur non tantum de veritate, quæ forte ipsi

erat occulta, sed etiam de causis, ac rationibus, ut juxta preceptum Apostoli sint parati semper ad satisfactionem omni poscenti rationem de ea, quae in ipsis est. Ipe 1. Petri 3. v. 14. Cumque ex cunctis orbis Christiani paribus aliquis in Concilijs Oecumenicis interfuit; in omnem terram exivit sonus eorum, & in finibus orbis terra verba eorum. Harectici autem contrahuntur ab omnibus, disjunctantur ab omnibus, 1. Corinth. cap. 14. v. 24. Et vel convertuntur, vel confunduntur, & à Christi grege separantur, ne alios secum in ruinam trahant, ut pluries in Concilijs factum legimus.

21. Frequenter enim non de dogmate ipso, sed de personis ferendum est iudicium, & ne qua super sit iniustitia, vel obreptionis suspicio, aut praetextus, examinanda est illorum doctrina, audiendae rationes, colligenda suffragia, ut & procedendi ratio, & Senatorum numerus, ac Senatorum dignitas, & majestas obstruant os loquentium iniqua, cujus diligentia tunc major est necessitas, cum harectici, vel Sectarum numero, vel potentia saeculari, vel alia quapiam autoritate pollent. Ideo Adrianus II. epist. 2. ad Basilium Imperatorem scribebat. Volumus ergo per vestra pietatis industriam numerosum celebrari Concilium, cui nostri quoque Ministri praesidentes, & cularum, personarumque differentias liquido cognoscetes, juxta quod in mandatis acceperunt, singulorum liberè discretionem exerceant; in quo videlicet sacro actu execrandi vanitatis Concilij, quod adversus Sedis hujus actum est profus injuriam, cuncta decernimus exemplaria profus à possessoribus suis ablata, in mediumque delata, contemplantibus cunctis, igni cremari, nec superesse apud quemlibet ex his omnibus saltem unum apicem, nisi forte quis totius Clericatus, imò totius Christiani nominis dignitate anathemate percussus carere voluerit, &c.

22. Circa dogma etiam, quamvis certum sit, aliqua interdum utendum est oeconomia, ut libenti us recipiatur; quae quatenus adhibenda sit, in plurimorum Cœtu facilius agnoscitur. Ita in Concilio Jerosolymitano, quod Act. 15. describitur, licet B. Petrus sua sententia veritatem certò assecutus fuisset; scilicet non esse circumcidendos, qui ad fidem convertebantur; Quid tentatis Deum, imponere jugum super cervices discipulorum, quod neque Patres nostri, neque nos portare potuimus? tamen S. Jacobus huic sententiae addidit: Scribendum, ut abstinerent se non solum à contaminationibus simulacrorum, & fornicatione, sed etiam à suffocatis & sanguine; nimirum, ne, si Moysi, qui maximo ubique ab aliquibus in honore habebatur, lex tota statim rejiceretur, multi ejus veneratores à suscipienda Christi fide retardarentur, quod temperamentum omnibus placuit. Licet Petrus à Deo electus esset, ut per os ejus audirent Gentes verbum Evangelij, & crederent; tamen ad controversiam, quam solus potuisset definire, suavius & convenientius componendam, Concilium haberi consensit. Verum se aliorum consilio non omnino indigere ad assequendam veritatem fidei, satis indicavit, dum primus sententiam

ferens, illam aded indubitam habuit, ut illi sine tentatione Dei contradici non posse intrepide affirmavit: Nunc ergo, quod tentatis Deum, imponere jugum super cervices discipulorum? &c. Act. 15. Quod verò à S. Jacobo additum est temperamentum, eorum partim lumine naturali notum, partim importarium, & prudentiale.

23. Qui autem Summi Pontificis iudicium à deo minoris faciunt, quia non ita suscipitur ab omnibus, ut aliqui, vel etiam multi non repugnent, & Concilium Generale postulent, non advertunt, similiter Ecclesiae universae sententiam contemni. Sunt enim innumeri harectici, qui Ecclesiae Catholicae sensui repugnant. Imò in hoc sunt harectici. Atque si quis attentè consideret res in Concilijs Generalibus tractatas, comperiet, eas plerumque aded fuisse dubias, ut Patres ad harecticorum voces, tanquam blasphemias execrandas inhorruerint, aliquando etiam aures oclulerint, ne vel audita impietate polluerentur. Harecticorum illud est ingenium, ut & Summi Pontificis, & Concilij, & Ecclesiae universae doctrinam aliquando fraudulenter eludant, & occultè rejiciant, aliquando vi aperta impetant, & impugnent, quod nihil ejus veritati, ac certitudini detrahit.

24. Quam ob rem sepe significarunt Summi Pontifices ad Concilia Generalia scribentes, se non doctrinam eorum examini subijcere, sed tanquam indubitam ab omnibus recipendam eorum operam optare. Hoc testatur Commonitorium Papae Caeslini Episcopis & Presbyteris euntibus ad Orientem, supra citatum. Ed etiam pertinent hae S. Leonis verba in epist. ad Concilium Chalcedonenle: Nunc in vicarijs meis adsum, & jam dudum in fidei Catholicae praedicatione non desum; ut, qui non potestis ignorare; quid ex antiqua traditione credamus, non possitis dubitare, quid cupimus. Unde fratres charissimi, rejecta penitus audacia, disputandi contra fidem, vana errantium infidelitatis conquelescat, nec liceat defendi, quod non licet credi; cum secundum Evangelicas auctoritates, secundum Propheticas voces, Apostolicamque doctrinam, plenissimè, & lucidissimè per litteras, quas ad B. Memoriae Flavianum Episcopum misimus, fuerit declaratum, quae sit de Sacramento Incarnationis Domini nostri Iesu Christi pia ac sincera confessio.

25. In epistola 1. S. Agathonis ad Imperatores Constantinum, Heraclium, & Tiberium, quae lecta est in actione 4. Concilij sexti Generalis plurima sunt, quae iudicium Romani Pontificis ut certissimum à Concilijs Generalibus recipi docent. Ejusmodi sunt ista: Cuius (Petri) annitente praesidio, haec Apostolica e jus Ecclesia nunquam à via veritatis, in qualibet erroris parte flexa est, cuius auctoritatem, ut pote Apostolorum omnium Principis, semper omnis Catholica Christi Ecclesia, & universales Synodi fideliter amplectentes, in cunctis seculis sunt.

26. Adrianus I. eadem constantia scribit epist. 2. ad Tarasium Patriarcham Constantinopolitanum. Sed vestra sanctitas, inquit, eisdem piissimis Imperatoribus & triumphatoribus alacriter suggerat, ut in primis Pseudosyllogos (id est, falsus

falsus Cœtus, seu Conventus) ille, qui sine Apostolica Sede inordinatè, & in syllogisticè factus est adversus venerabilium Patrum traditionem contra Divinas imagines anathematizetur, presentibus Apochrisarijs nostris, & omne zizanium eradicetur ab Ecclesia, & Domini nostri Iesu Christi sermo compleatur; quia portæ inferi non prævalent adversus eam: Et rursus: Tibi dabo claves Regni cœlorum, & quæcunque solveris super terram, erunt soluta & in cœlis.

27. Non soli Pontifices supremam hanc auctoritatem tribuerunt. S. Flavianus Constantinopolitanus episcopus, ad S. Leonem, quæ refertur in actis Concilij Chalcedonensis part. 1. num. 4. solam S. Leonis auctoritatem sufficere affirmat ad extinguendam Eutychetis hæresim absque convocazione Concilij Generalis. Itaque Chalcedonense, quod postea fuit habitum, necessarium non fuisset, nisi hæresiarcha ille ope Dioscori Patriarchæ Alexandrini, & Crylaphij Theodosij Iunioris Imperatoris Evnuchi ope, Episcopus in latrocinio Ephesino ad duas partes vi armata traxisset, aut in exilium mittendos curasset, quod horrendam in Ecclesia Orientali pepererat confusionem. Similes causæ, non autem incertitudo iudicij Summorum Pontificum in causis fidei, aliorum Conciliorum Generalium celebrandorum necessitatem induxerunt. Sunt autem hæc S. Flaviani verba in epistola prædicta: *Causa eget solummodo vestro solatio, atque defensione, quæ debeatis consensu proprio ad tranquillitatem, & pacem cuncta perducere: Sic enim hæresis, quæ surrexit, & turbæ, quæ propter eam factæ sunt, facillimè destruentur, Deo cooperante per vestras sanctissimas litteras. Removebitur autem & Concilium, quod fieri divulgatur, quatenus nequaquam ubique sanctissimæ turbentur Ecclesiæ*

28. Non enim, inquit Barlaamus Episcopus Gyracensis ad amicos suos in Græcia constitutos scribens, eò quod sit majoris auctoritatis, & quod magis possit Generale Concilium, quam Apostolica Sedes, Generalia aggregantur Concilia, sed quia incidentes quæstiones difficiliore sint, & majori indigeant discussione. Est autem Summi Pontificis, ut patet ex Concilio Tridentino Sess. 25. de recip. & observ. decret. Concil. discernere, an tanta sit difficultas, ut Concilij Generalis consilio indigeat.

29. Joannes Monachus sup. 6. Decret. de sent. & re iudic. Cap. Ad Apost. num. 3. v. Revocare, Concilij Generalis consilium ad solemnitatem tantum requiri affirmat. Nota, quod Papa sententiam suam non supposuit correctioni, vel emendationi de consilio Concilij, seu aliorum, sed suæ emendationi duntaxat reservavit, sed dicit, quod super emendatione sententiæ suæ consilium Concilij quæreret, & hæc requisitio non est necessitatis, sed solemnitatis tantum: quia Papa sine Concilio potest procedere ad sententiam, cum habeat plenitudinem potestatis 2. quæst. 6. Decret.

1. De pœnit. & remiss. Cum ex eo. in fine. n. 4. Et Papa dat robur Concilijs, non contra. sup. de elect. Cap. signis astit.

## Objectio.

Instari potest ex parte adversa, hæc argumentis non tam probari absolutam necessitatem ad consummatam in controversijs fidei dirimendis infallibilitatè obtinendam, quam necessitate secundam quid duntaxat, & ad melius esse, cum cæteroqui ex solius etiam Summi Pontificis iudicio staret omnimoda circa fidei dogmata infallibilitas. Hoc verò nequaquam videri consentaneum Sacre scripturæ, secundum quam Petrus: *Matth. 16. nōcitur quidem à Christo dotatus Petrus in rebus fidei prerogativâ, ut tamen ista Petrus firmitas non aliter subsisteret, nisi quatenus super hanc Petram ædificata est Ecclesia. At Ecclesiæ ædificatio non est, nisi per fidem, quæ est substantialis forma Ecclesiæ, atque adeo oportet, fidei consensum in Ecclesiâ intervenire, ut Petrus firmatus circa fidei dogmata in Summo Pontifice subsistat. Hic autem Ecclesiæ consensus, licet haberi possit ex unanimi fidelium, Pastorum præcipuè, atque Doctorum Ecclesiæ circa aliquam fidei veritatem consensione, attamen singulariter & compendiosè obrinetur ex Concilio Oecumenico, Ecclesiam Universalem representantis, cum Capite Summo Pontifice auctoritative consensione. Quia igitur consummata in rebus fidei infallibilitas est in Summo Pontifice, quæ Petrus, super quam ædificata est Ecclesia, istud verò Ecclesiæ ædificatio est per fidem, atque adeo per Ecclesiæ circa fidei dogmata cum Capite consensionem, hic verò consensus auctoritativus obrinetur per definitionem Concilij Oecumenici, Ecclesiam Universalem, unâ cum Capite representantis, ideo antecederet ad eujusmodi dogmaticam Concilij Oecumenici decisionem non videtur, ex solius Summi Pontificis iudicio, subsistere consummata in controversijs fidei ultimatè decidendis infallibilitas: quippe cum Christus cit. 16. Matth. non aliter promissus fore, ut portæ inferi non prævalerent adversus Ecclesiam, nisi quatenus hæc esset ædificata supra Petram, quæ est Summus Pontifex, atque adeo quatenus consensio fidei in Ecclesiâ intra Concilium Oecumenicum representatâ, accederet ad Papæ iudicium.*

## Responsio.

Ex eo namque, quod Petri successor Summus Pontifex sit Petrus, super quam ædificatur Ecclesia, redditur manifestè consequens, petra circa fidei dogmata firmitatem in Summo Pontifice esse anteriorem consensione Ecclesiæ, in Concilio Oecumenico representatæ. Probatum ista sequela. Etenim Petrus illa, super quam ædificata est Ecclesia, se habet ad istud officium per modum causæ, seu fundamenti; ut patet ex ipsis terminis. At causa est anterior effectui, fundamentumque est prius ædificio, quod illi superstruatur. Petri igitur successor jam antecederet ad Ecclesiæ in Concilio Oecumenico representatæ consensionem est Petrus, cui

super



superstruitur Ecclesia. At ædificatio Ecclesiæ eatenus est per fidei consensum, quatenus fides est ipsa substantialis Ecclesiæ forma. Ergo antecedenter ad Ecclesiæ in Concilio Oecumenico, ad fidei dogmata concurrente, repræsentatæ consensionem, jam subsistit in Summo Pontifice Petræ firmitas, atque adeo iudicij ipsius in rebus fidei omnimoda infallibilitas.

Replicata objectio.

32. **E**X parte adversa replicari potest. Ex hoc equidem, quod Petri successor sit Petrus, super quam ædificata est Ecclesia, evincit, Summum Pontificem ad instar fundamenti se habentem respectu Ecclesiæ, esse quasi huius primariam causam materiale. At certum esse, quod formalis causa Ecclesiæ sit consensio fidei, sicque antecedenter ad illam, Petri successor sit quidem Petrus quasi materialis Ecclesiæ, at quoad formalem Petræ in rebus fidei firmitatem, non convenire hanc prærogativam Petri successoris, nisi pro eo instanti, quo super ipsum, seu Petram est ædificata Ecclesia. Quæ tamen ædificatio formaliter non consummatur, nisi per Ecclesiæ in dogmatibus fidei cum Capite consensionem. Hanc igitur Ecclesiæ in Concilio Oecumenico repræsentatæ consensionem in genere causæ quasi formalis anteriorem esse Formali Petræ in rebus fidei firmitate, atque adeo infallibilitate omnimodâ & consummatâ.

Responsio.

33. **E**T enim in præductis Christi Domini verbis studiosè observandum est, Petri successorem pro illo instanti, quo super ipsum erat superstruenda Ecclesia, jam formaliter denominari Petram: siquidem Christus Dominus diserte dixerit, se super Petram non personaliter & materialiter sumptam, sed quâ Petram ædificatæ velle Ecclesiam, adversus quâam portæ inferi non prævalerent. At Petrus, ejusque successor, quâ Petra portis inferi certo prævalitura non potest pro eo instanti, quo per Christum formaliter denominabatur Petrus, non obtinuisse fidei firmitatem. Hoc verò instans, Petræ formaliter denominans, non potest non habere prærogativam causæ respectu Ecclesiæ super eam ædificandæ. Quia igitur Petri successor est fundamentum Ecclesiæ quâ Petrus, nequit autem hanc Petræ denominationem formaliter habere, nisi ex firmitate omnimodâ in rebus fidei infallibilitatis; illa ipsa verò Petrus, quâ Ecclesiæ fundamentum, habet prærogativam respectu Ecclesiæ formaliter per fidei consensionem superstruendæ, ideo in Petri successore formalis fidei firmitas eatenus est fundamentum Ecclesiæ, ut consequentur hæc sit antecedens Ecclesiæ à Concilio Oecumenico repræsentatæ in rebus fidei consensionem. At verò Petri successor quâ Petrus fidei firmitatem obtinens, pro instanti Ecclesiæ consensionem antecedente, non potest intelligi, nisi

sub statu iudicij omnimodè certi & infallibilis circa fidei veritates. Ergo hæc in rebus fidei omnimoda iudicij certitudo & infallibilitas est in Papa antecedens Ecclesiæ in Concilio Oecumenico repræsentatæ consensionem.

CONCLUSIO

34. **I**N expendendâ tum Ecclesiæ intrâ Concilium Oecumenicum repræsentatæ, tum Pontificis Maximi quâ Petræ, seu fundamenti Ecclesiæ, in rebus fidei decidendis infallibilitate, plurimum juvat, ut discernatur inter certitudinem quoad se, seu quoad ipsam rei veritatem, & quoad nos, sive in ordine ad fidelium intelligendi modum.

Explicatur. Commune Theologorum adagium est, Summum Pontificem circa res fidei habere infallibilitatem, non quâ privatum Locutorem, sed quatenus decernit uti summum Ecclesiæ Caput, sive, uti loqui solent, quatenus definit ex Cathedra, sive ex prærogativa Petræ, super quam ædificata est Ecclesia. Hanc distinctionem non esse novam, sed antiquissimam, insigniter probat Autho*r* Regalis Sacerdotij lib. 3. §. 1. Etenim in veteri jam Lege celebre illud Oraculum *Yrim & Thummim*, quod in ambiguis obsecratæ rebus summum Sacerdotem edocebat, atque ab eodem ad pectus gestabatur, non privata & domesticæ vestis, sed Pontificali & solemniter inscriptum erat. *Exodi 28.* Deo hæc ratione ostendente, munus Ecclesiam instituendi, & in causis ambiguis iudicandi, ad summum quidem Sacerdotem pertinere, non tamen semper & ubique, sed cum Pontificem agit, tunc enim & non aliàs, cum cælitus, nefallat, aut fallatur, illustrari. Hæc causa fuit, ut Sacerdotes nunquam ad consulendum Oraculum accesserent, ab eoque responsum acciperent, nisi prius Ephod induissent; ut patet *1. Reg. 23. & 30.* Quæ vestis erat auro texta, variisque ex serico coloribus distincta, & cui Oraculum insertum erat.

35. Sic *Matthæi 23.* jubet Christus Scribas & Phariseos audiri, eorumque doctrinam observari, quia super Cathedram Moysi & Prophetarum sederunt: quasi tota radix & origo eorum in docendo autoritatis, Cathedræ adstricta esset, quam publicè docentes insedebant; alioquin privatas opiniones & sententias quod attinet, certum est, multa Phariseos docuisse impia, legitque Divinæ & naturali omnino contraria, ut habetur *Matth. 23.*

36. Sic etiam sexta Synodus Constantinopolitana sub Agathone Papa epistolam ejusdem Agathonis approbat, summisque laudibus extollit, & in illa non tam Agathonem, quam Petrum locutum fuisse dicit *sess. 3. & 18.* agnoscitque Cathedram Petri, ejusque successores omnis hæretis expertes esse: & tamen

Y y y *sess.*

*Sess. 13. Honorium I. Romanum Pontificem hæreticum fuisse dicit, eumque damnat: ubi manifestè Concilium differentiam indicat inter Pontificem & Cathedra ac sententialiter, & ex privata tantum opinione docentem; & in hoc casu errare posse, nam in primo non admittit.*

37. Sæpe etiam S. Augustinus contra Donatistas disputans, Cathedram à persona, hoc est, errorem personalem à Cathedrali distinguit; hunc negat in Petri successores cadere; illum concedit. Vide ejusdem B. Augustini epistolam 167. Imò B. Apostolus, & ex illo Symbolum nostræ religionis Ecclesiam Catholicam sine ruga & macula, & sanctam esse profitentur, cum tamen major pars Ecclesiæ sint peccatores; imò qui dicit, se absque peccato esse, mendax sit 1. Joann. 1. Quomodo ergo Ecclesia est sine ruga, & macula, & tota pulchra? nisi quia non tam privata personæ, quæ Ecclesiam Catholicam componunt, attendendæ sunt, quam publica illius forma, quæque ad omnes pertinet, hoc est, leges, doctrina & Sacramenta, quæ omnia sancta sunt, omnemque maculam peccati excedunt. Sic ergo, cõmitemus, Romani Pontificis judicium in rebus fidei esse ultimum, infallibile & irreformabile; de Romano Pontifice loquimur, non ut privata persona est, & aliorum Doctorum instar scribit, docetque: sed ut Pontifex est, & ex Pontificali autoritate Ecclesiam Universalem docet, ac rebus maturè discussis, causam aliquam definit, & quæ definit, jubet tanquam fidei veritatem haberi, & qui non habent, creduntque, hæreticos pronuntiat.

38. Hoc ergo est Pontificem agere, & à Cathedra loqui, quod nulli Doctorum, aut Episcoporum convenit. Sicut ergo in antiquo Testamento non omne Pontificis responsum oraculum fuit: & in Christo Domino non omnis actio Divina, sed etiam humana, & mixta, seu Theandrica; nec omnis in eodem Christo scientia infusa & increata, sed etiam creata & acquisita, & capax incrementi, imò imperfecta, & aliquid habens necessitatis Marci 13. v. 31. *De die autem illa, vel hora nemo scit, neque Angeli in celo, neque filius, nisi Pater.* Eodem modo non omnis actio procedens ab anima rationali, est rationalis: nec omnis notitia, quam de causa aliqua iudex habet, est publica & judicialis, & ideo communiter & Theologi & Iurisperiti docent, teneri Iudicem sententiam proferre non ex privata, sed publica scientia, *Cap. 28. De offic. Iudicis delegati.* Sic etiam non omnis actio & doctrina Pontificis est Pontificia, sed sicut in Beatis visio beatifica & matutina non absorbet vespertinam, ita & Pontifex aliqua facit, ut homo, aliqua ut Princeps, aliqua ut Doctor, aliqua ut Papa, hoc est, ut Caput & fundamentum Ecclesiæ: & his solis actionibus privilegium infallibilitatis ascribimus: alias humanæ conditioni relinquimus: sicut ergo non omnis actio Papæ est Papalis, ita non omnis actio Papæ Papali privilegio gaudet.

39. Sed quando, inquit, dicendus est Papa lo-

qui ex Cathedra, ut sic dignoscatur absque ulla errandi periculo deservisse; Author præcitat Regalis Sacerdotij dicto §. 1. n. 2. rem hanc ita explicat. Ut dicatur Papa decidisse ex Cathedra, non potest, illum certo alicui medio, aut conditioni alligari: frustra enim alioquin & inefficax foret in Papa talis autoritas, nam cujus error damnatus esset, prætereundè semper posset, illegitimè damnatum esse, quod Papa paucos consilio adhibuisset, aut imperitos rerum, aut odio ductos, aut denique præconceptâ opinione occupatos, & partium studijs addictos, quæ omnia hæretici nostri temporis Concilio Tridentino objecerunt. Modò ergo non conlites, Romanum Pontificem in rebus fidei decidendis temere processisse, omninò illius iudicio tradendum est, Deoque curæ erit, non permittere, ut absque sufficienti examine & prudentia sententia feratur, ejus enim est, qui finem conlilituit, etiam media fini necessaria curare: frustra alioquin *Deut. 17. Matth. 23. & 11. & Luca 10. Ecclesiæ, & Sacerdotis imperio obtemperari etiam sub pœna mortis jubetur, quibus semper à subditis opponi posset, sine sufficienti examine, & imprudenter imperatum esse.* Et ideo in Tridentino Concilio *Sess. 25. de Reformat. cap. ult. in fine.* Romanum Pontificis prudentiæ & discretioni committitur, quem in rebus ambiguis definiendis, indultriâ modum adhibere velit. Verba Concilij sunt: *Quæ si in his recipiendis (secretis) difficultas aliqua oratur, aut aliqua incidat, quæ declarationem, aut definitionem possulant; præcatalia remedia in hoc Concilio instituta, sensus S. Synodus, Beatissimum Romanum Pontificem curatum, ut vel evocatis ex illis præsertim Provinciis, aut difficultas orta est, ijs, quos eodem negotio tractando viderit expedire, vel etiam Concilio Generalis celebratione, si necessarium judicaverit, vel commodiore quâcumque ratione ei visum fuerit, Provinciarum necessitatibus pro Dni gloria, & Ecclesiæ tranquillitate consulatur.* Quibus taliter præsuppositis, per sublequentes probationes ostendimus; Tum in quo consistat formis ratio Summi Pontificis quæ ex cathedra loquentis; Tum quod fides firmitas quoad se & secundum rei veritatem sit in Summo Pontifice antequam Ecclesiæ consensionem, & tamen quoad nos, respectu hujus dici possit esse consequens cum aliqua signis, seu natura quasi posterioritate.

#### PROBATIO I.

Quæ ostenditur Summus Pontifex loqui ex Cathedra, seu Petri, super quam fundata est Ecclesia, prærogativâ, quatenus decernit ex ipsamet sibi intrinsecâ fide Divinâ per Spiritum sanctum motâ & excitatâ, quæ sui in Ecclesiam diffusivâ & propagatrice.

Quis enim ambigat, Apostolicam Petri & Cathedram esse ipsissimam illam Petram, super quam ædificata est Ecclesia? Hæc autem Petra quid aliud est, quam firmitas fidei,

Obiectio.

in hujus naturâ intrinsecè & formaliter importata? Eatenus igitur loquitur Papa ex Cathedra, quatenus Spiritus sanctus circa aliquod fidei dogma movere in ipso fidei lumine (quo intra ipsum extincto, mox desineret esse Caput Ecclesiæ) ad eadem primitus in se ipso ex Primæ Veritatis motivo assentiendum, indeque fidelibus sub ejusdem Primæ Veritatis firmitate proponendum, eodem Spiritu sancto, per quem stat illa fidei Petra, vi gratiæ suæ intra Ecclesiam propagante ejusdem fidei consensionem. Hoc insinuavit Christus Dominus Luca 22. dicens Petro: Ego rogavi pro te, ut non deficiat fides tua. Et tu aliquando conversus, confirma fratres tuos. An non enim istis verbis aperte indicatur fidei firmitas in Petro eatenus fuisse radicata, ut ex ipso sit derivanda in ceteros fratres? Quæ verò alia hæc est fidei firmitas, nisi quæ in ipsissima ejusdem per Primam Veritatem immediatè specificatâ naturâ formalissimè importatur? Quæ autem major excogitabilis est veritatis certitudo ac firmitas, quam illa, quæ subsistit per Primæ Veritatis, sub obscurâ licet revelationis velamine connectæ, at tamen in se immediatè attackæ, atque ut sic motivæ formalis in quarto persistentis modo specificationem? Quandoquidem igitur iudicium Papæ in definiendis dogmatibus fidei importet talem ex Primâ Veritate, in se immediatè attackâ, & ut sic motivâ, in quarto persistentis genere specificationem formalem; oportet, tale Papæ iudicium eâ niti infalibilitatis præminentia, ut tam non sit reformabile, quam nefas foret, dicere, fidem ipsam, atque ad eam Primam Veritatem esse reformabilem. At eo ipso, quòd illa in Petri Successore seu Petrà fidei firmitas circa fidei dogmata intra Ecclesiam propaganda, ita sit primitus in Papa, ut exinde oporteat, per Petri, ejusque Successoris in fide firmitatem confirmari ceteros fratres, cunctosque ad eam subordinatos Pastores, quâ in Concilio Oecumenico Ecclesiam quòque Universalem repræsentantes, oportet, fidei firmitatem in Petri Successore stipatam esse ultiori Spiritûs sancti assistente gratiâ, in vi cuius loquens ex Cathedra sua Apostolica eatenus proferat infallibile fidei iudicium, ut per ejusdem Spiritûs sancti motionem reliqui Ecclesiæ Pastores ac Episcopi, quâ in Concilio Generali sub vicario Christi charactere aggregati, sub sua cum Papa consensione Universalem Ecclesiam plenè repræsentantes, ejusdem fidei luminis iudicium super dogmate definiendo in seipsis concipientes, super Ecclesiæ candelabro exponant tale fidei dogma, quâ ex Primæ Veritatis motivo credendum à cunctis Christi fidelibus. Constat igitur, Papæ quâ ex Petrà, seu Cathedrà Apostolicâ loquentis iudicium eatenus esse in se irreformabile etiam antecederet ad Ecclesiæ consensionem, ut per Spiritûs sancti assistentem gratiam sit ipsissima hujus fidelium, imò & Ecclesiæ Pastorum in Concilio etiam Generali congregatorum consensionis principium quali propagativum.

Sed obijcient fortassis adversarij, quòd Conciliorum Oecumenicorum procedendi modus cum teneat ordinem, ut Patres prius consulerent, ac per majora suffragia decernant de fidei Dogmatibus sancientis, quàm Summi Pontificis expollent approbationem atque consensionem. Sub ipsissimo autem hoc decernendi modo Patres in Concilio Oecumenicum coadunati, Dogmata fidei non aliter statuunt, nisi vel ex immediato Verbi Divini sensu, per fidei Divinæ assensum utique formalem asserto ac determinato, vel ex lumine principiorum fidei inter se, sive etiam cum veritatibus lumine naturæ notis, eatenus collativo, ut per illationem omnimodè certam inde eruantur conclusiones, quæ loco fidei Dogmatum habendæ statuuntur. At lumen illud, fidei principiorum dicto modo collativum, indeque illativum conclusionum, quæ inter fidei Dogmata per Concilij Oecumenici definitione recendendæ sanciantur, eatenus resolvitur in Primam Veritatem revelantem, ut ex hac ipsissima fidei infalibilitas transfundatur etiam in conclusionem, dum scilicet, ut superius dictum fuit, mediante Theologica, certitudinem quòque Metaphysicam superexcedente illatione resolvitur in ipsissimam Primam Veritatem formaliter ac immediatè revelantem principium talis Theologicæ illationis, per quam conclusio in suo Principio virtualiter contenta, eatenus eruitur, ut sub ipso fidei lumine ex tunc per Oecumenici Concilij definitionem declaratur fidei Dogma. Quia igitur hic universus Patrum processus in Concilio Oecumenico est antecedens Papæ approbationem, consequens est, fidei firmitatem, in fidei Dogmatibus inter Concilium hujusmodi definiendis, per prius esse in Patribus, quam in Summo Pontifice.

Responsio.

Discernere namque, oportet, fidei firmitatem tum quoad substantiam cuique actui per Primæ Veritatis revelantis motuum specificato inexistentem, tum quoad sui ad alios propagationem, sive quoad respectum erga Ecclesiam ac fideles universos, uti etiam quoad vim necessitatis ad credendum constringentis. Si ergo de illa priori fidei firmitate sit sermo, facile concedo, posse in Patribus Concilij Oecumenici fidei Dogma ex Dei verbo concludentibus prius inexistere, quàm Summi Pontificis approbatio accesserit. At si fuerit sermo de vi Dogmatum fidei ad universam Ecclesiam, cunctosque fideles sub necessitate obligationis morali ad credendum omnimodè constringentis propagativâ, tunc isthæc minime substat ex Concilij adhuc accepti, seu Patrum fidei Dogmata ex Verbo Dei concludentium consensu, Summi Pontificis approbationem antecedente, sed ea vis ad credendum.

ic. IV. Disput. II.
Quis enim videtur, dicitur
Cathedra esse ipsissima
super quam edificata est Ecclesia
ita Petrus qui dicitur, quod...



dendum convincens, sub consummatâ fidei Dogmatum infallibilitate resultat primùm, ubi Duo, nempe Ecclesiæ sanctæ Caput Papa, nomen, seu proprium à Christo *Matthæi. 18.* constitutum Concilij Oecumenici characterem præferens, ac reliquum ex Patribus in nomine Christi coadunatis consistens Hierarchicum Ecclesiæ Corpus censenserint in Dogma concordii suffragio stabiendum. Cujusmodi proinde Duorum & Capitis & Hierarchici Corporis Ecclesiam Oecumenicam *perfectè & completè* representantium, in Dogmate definiendo consensus, est quoddam quasi compositum *Morale*, respectu cuius Patrum in Concilio Oecumenico coadunatorum, aliquod fidei Dogma decernentium, conclusio ad instar inanimati corporis, sicque per modum quasi *materialis* se habet *antecedenter* ad autoritativum characteris, Christum in Papâ *vicariè* representantis, dogmaque in Synodo *precisivè* adhuc *acephalâ* conclusum approbantis accessum: adeo ut omnimoda Dogmatis definiti infallibilitas cum vi universam Ecclesiam, cunctosque ac singulos fideles ad credendum constringente, non prius subsistat, quam Papæ autoritativa consensio & approbatio accesserit; uti pluribus in *secundo* articulo ostensum fuit.

43.

Unde in ordine ad eam consensionem, fidei omnimodâ infallibilitate ex Christi promisso munitam, Papæ ad fidei Dogma à Concilij Patribus definitum autoritativus accessus se habet ad instar *formalis*, utpote quasi vitam & animam tam Concilio Oecumenico, quam Dogmati per hoc definiendo tribuentis. Eo ipso autem, quod Papæ ad fidei Dogma condendum consensus aliter non fiat, nisi ex autoritate Cathedralis Apostolicæ, seu Petræ, super quam a dicitur Ecclesia, hæc verò Ecclesiæ super Apostolicæ Cathedralis Petram fundatæ a dicitur, non nisi per fidem sit subsistens, sicque præsupponat in hac Petra fidei firmitatem Divinitus stabilitam, idcirco manifestè hinc evincitur, fidei firmitatem in Cathedrali Apostolicæ Petræ ad illud Duorum, scilicet Capitis & Corporis Hierarchici, Ecclesiam in Concilio Oecumenico perfectè representantium consensionis, quasi compositum *morale* ita se habere, ut fidei firmitas in Papâ seu Capite Ecclesiæ sit antecedens infallibilitatis in fidei Dogmatibus consummatæ vim ad credendum universos fideles constringentem, eò vel maximè, quod se habeat per modum quasi formæ seu animæ, sicque adeo aliquam respectu illius præferat causæ prioritatem, ac respectu Decretorum à Concilio *precisivè* adhuc *acephali* Patribus conclusorum, quâ illâ vi ad credendum constringente supervestendorum, importet formæ seu quasi animæ præeminentiam.



## PROBATIO II.

Quâ ostenditur fidei firmitas quoad se & quoad ipsam rei veritatem esse quidem in Summo Pontifice antecedens Ecclesiæ consensionem, attamen quoad nos respectu hujus dici possit consequens cum aliqua signi seu naturæ quasi posterioritate.

**A**lia principij cuiuspiam certitudo omnimoda, est quoad se, quemadmodum *superius* dictum est, iudicium Papæ quæ ex Petra, seu Cathedrali Apostolicâ definitis, utpote formalissimum fidei actum ex Prima Veritate in se *immediatè* attracta specificatâ, esse certitudinis omnimodæ ac profus consummatæ. *Alia* verò principij cuiuspiam certitudo est quoad nos, in vi cuius veritas per se omnino certa, ita applicatur ad nostrum intellectum, ut hunc convincere valeat ad sui assensum. Quamvis proinde iudicium Papæ ex Cathedrali loquentis sit omnino certum, etiam antecedenter ad Ecclesiæ consensionem: attamen questio hæc est, quo medio & argumento certificari valeamus, quod, cum Papa uti Doctor privatus errare possit, circa aliquod fidei dogma loquatur ex Cathedrali Apostolicâ, suum adeo iudicium ex ipso fidei lumine in publicum profundero? An ex nudâ Papæ ad Universam Ecclesiam se loqui profertis assertione tale ex et argumentum convincens, per quod omnino certi simus, ipsum loqui ex Petrâ & Cathedrali Apostolicâ? Sed ex quo Dei Verbo vel tradito, vel scripto extat nobis manifestum argumentum, nos plenè convincens, per hanc nudam assertionem Papæ *antecedenter* ad Ecclesiæ consensionem allegari nos de hoc, quod Papa loquatur ex Cathedrali? Multum equidem ponderis subesse credimus in diplomate Pontificio, talem assertionem præferente, ita ut tutum non sit, ab ea declinare, sed quo fidei argumento inde certificamur de Papæ, quæ ex Cathedrali loquentis verbo non jam humano, sed Divino, quamdiu ei non accesserit vel Ecclesiæ sanctæ in Concilio Oecumenico representatæ, vel universorum Ecclesiæ Doctorum, ac fidelium unanimis comprobatio?

Harum verò alterutrâ accedente, scientes ex sacris Litteris: Ecclesiam esse columnam & firmamentum veritatis; eatenus allecoramur de hoc, quod Papa ex Cathedrali sua Apostolica definitis, sicque ipsissimum Dei verbum ex fidei lumine per Spiritum sanctum primitus intrâ ipsum moto ac excitato, ac inde ad Ecclesiæ consensionem propagato, verè protulerit, ut huic equidem Papæ verbo & iudicio ex consensione Ecclesiæ nihil accretat certitudinis fidei, quippe cum ex hujus intrâ Papâ Divinitus excitati luminis emanatione, jam subsistat omnimoda per Primam Veritatem in se *immediatè* attractam specificatâ fidei certitudo omnium maxima, nullum adeo in se admittens formale incrementum. Nihilominus, quia Ecclesiæ consensio facem præterit argu.

argumenti, convincentem prudentiali: fidei credibilitatis evidentiã practicã importantis, idcirco ex tali Ecclesiã consensione accrescit Papæ iudicio aliquod certitudinis prædicte convincentis fundamentum, ut exinde jam dici queat quoad nos reddi certius, quodd Papæ iudicium ex Petra & Cathedra ipsius Apostolicã promanarit.

PROBATIO III.


Prioris continuativa & explicatoria per similitudinem mox exponendam.

46. **A**daptari hæc percommode potest illud Christi verbum Matthæi 5. dicentis: Neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo sunt. Dum namque Papa definit ex Cathedra Apostolicã, profert verbi Divini lucernam, ex ipso fidei lumine accensam, primitus quidem peccatore suo reconditam, sed postea diplomate suo fidelium conspectui exponi inchoatam, ubi verò consensione Ecclesiæ est comprobata, super candelabro eatenus positam, ut luceat omnibus, qui sunt in domo sanctæ Ecclesiæ. Hæc enim Ecclesiæ vel in Concilio Oecumenico repræsentatæ, vel in fidei unitatem conspirantis consensio, est quasi candelabrum, præbens evidentiã credibilitatis prudentialis, in vi cuius argumentum prædicte convincens resulter ad fidei assensum, Verbo Dei per Papam ex Cathedra loquentem definito necessariò præbendum. Quomodo modum igitur candelabrum nihil lucis affundit lucernæ super ipsum positæ, attamen hæc adaptat, ut lucere possit omnibus, qui in domo sunt; sic Papæ ex Cathedra definitis iudicium ipsa per Primam Veritatem specificatã certitudinem collucens, nullum certitudinis fidei propriæ incrementum recipit ex Ecclesiæ consensione, attamen per hæc, ceu prudentialis credibilitatis prædicte convincentem evidentiã adaptatur, ut luceat omnibus, qui sunt in sancta domo Ecclesiæ, quatenus ex Ecclesiæ consensione resulter obligatio, sub ipsa fidei necessitate constringens ad assentiendum dogmati per Papam definito, in vi cuius, oporteat, respectu dogmatis tali modo super candelabrum positi, intellectum captivare in fidei ac Primæ Veritatis obsequium.

Corollarium.

47. **E**x dictis infertur. Hanc propositionem, quodd iudicium Papæ ex Cathedra loquentis sit omnimodè certum, ac irreformabile, non ineptè æquiparari posse cum ista propositione; quodd de fide sit, Innocentium XI. esse Papam legitimum, Christi in Ecclesiã Vicarium, Pastorem Oecumenicum. Explicatur. Quomodo modum enim ista posterior propositio est de fide, quatenus continetur in hac universali, quodd legitimus Petri Successor sit Christi in Ecclesiã Vicarius, & Pastor Oecumenicus, sic dogma à Summo Pontifice definitum est de fide, quatenus

continetur sub ista universali, quodd Petri Successor loquens ex Cathedra Apostolica sit Petra, super quam ædificatur Ecclesiã, cumque Ecclesiæ ædificatio sit formaliter per fidem, oportet, quodd dogma à Papa taliter definitum sit fidei verbum. Quamvis proinde extiterit fidei Divinã certum, quodd Innocentius XI. ab illo statim instanti, quo per Cardinalium designationem coepit esse legitimus Petri Successor, inceperit esse Christi in Ecclesiã Vicarius & Pastor Oecumenicus, attamen ipsissima hæc fidei veritas quoad nos ex tunc primùm accepit convincentem prudentialis credibilitatis evidentiã practicã, quando non rumoribus duntaxat humanis, seu litteris quantumvis authenticis fuit ad nos delata, sed quando ei accessit consensio Ecclesiæ. Pari igitur ratione, si Papa ex Cathedra definiat fidei articulum, litteræ quantumvis authenticæ ultimam quoad nos certitudinem, & prudentialis credibilitatis evidentiã consummatam sub fidei necessitate constringentem ad credendum non adferunt, quodd Papa sit locutus ex Cathedra, sicque adeo dogma tanquam de fide certum definitum fuerit, nisi mediante Ecclesiã in Concilio Oecumenico repræsentatæ, vel in fidei unitatem conspirantis consensione.



DISQUISITIO III.

Verum ex sacris Litteris demonstrari queat, Papam ex Cathedra loquentis iudicium esse irreformabile.

§. I.

**H**ujus quaestioni resolutionem affirmativam affirmant Doctores ipsidem semper sacre Scripturæ textibus, diversimodè licet pro ingeniorum varietate applicatis. Quia proinde ipsissima hæc iudiciorum in hominibus discrepantia delectatur differentibus proponendi modis, visum nobis est operæpretium, aliorum Doctorum iudicia hæc super re prius audire, quam ut nostram ex ipsidem Divinis Oraculis argumentandi methodum proficemus.

2. Author igitur de libertatibus Ecclesiæ Gallicanæ cit. lib. 7. cap. 2. ad præteritum institutum, sequenti normã procedit. Summum Pontificem, inquiens, esse Caput Ecclesiæ, profelli sunt etiam ipsi Episcopi Parisiis anno proxime præterito congregati ad cohibendam Curiam Romanam, ne, ut ipsi metuere videbantur, jurisdictionis Episcopalis jura paulatim invaderet, & infringeret. Et sanè Concilium Constantiense, cui Galli tantum deferunt, inter alios Wicleffi articulos, illum damnavit, qui hanc Papæ dignitatem, auctoritatemque abrogabat. Quoniam autem fundamentum nititur Catholica doctrina, hæreticorum, & schismaticorum acephaliæ opposita? Ubinam Evangelij de Pontifice Romano sit mentio, cum ne quidem Pontifex Romæ existeret, quando res in Evangelio narratæ

X y y y 3

geitæ

Disquis. II. PROBATIO II. Quod ostenditur fidei firmam esse de qualis sit in veritate etc. in Summo Pontifice etc. consensione, attamen ipsa supra dicta etc. quæ cum aliis etc. sunt quasi probatio etc.

gestæ sunt? Sufficit, inquit, ut certò sciamus, Summum Pontificem esse successorem S. Petri, ut inde certò etiam colligamus, illum huius esse dignitatis & autoritatis hæredem. Ita est omninò. Ad Divinam enim providentiam pertinet, ut quibus idem confert officium, eandem tribuat autoritatem.

3. Atqui evidentiùs in Scripturis (de Traditione enim constat ex sequentibus capitibus) patet, D. Petrum, ut supremum Ecclesiæ Pastorem, tam privilegium non errandi in fide obtinuisse à Christo, quam Romanos Pontifices fore sancti Petri successores in cura universarum Christi ovium, cur ergo, qui in Romanis Pontificibus istud sancti Petri officium agnoscunt, etiam nihil à fide alienum statuendi prærogativam eis non concedunt? Petrum, ut Ecclesiæ Pastorem privilegium non errandi à Christo accepisse, ita est in Evangelio luculentius significatum, ut nihil videatur in eo luculentius. *Lucæ 22. ait Dominus: Simon, Simon, ecce sathanas expetivit vos, ut cribraret sicut triticum: ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando conversus confirma fratres tuos.* Quocirca patet primò, Christum aliquam Petro præ ceteris Apostolis gratiam postulasse; ad eum enim singulariter dirigitur sermo: *Simon, Simon; Pro te; Fides tua; Et tu; Confirma fratres tuos.* Quodque prælationem Petri specialius indigitat, cum communem omnium Apostolorum circa fidem tentationem commemorasset, reliquis prætermisissis, ad Petrum solum sermonem dirigit: *Ecce sathanas expetivit vos; Ego rogavi pro te: Sed quid dico prætermisissis? Imò eorum expressà factà mentione, sed eo fine, ut doceat eos à Petro, vel eorum successores à successoribus eius confirmandos in fide; Et tu aliquando conversus confirma fratres tuos.* Secundò patet, hanc gratiam à Christo impetratam Petro, non ut privatæ personæ tantum, sed ut Apostolo, & Apostolorum ipsorum Pastori; *Vt non deficiat fides tua; Et tu confirma fratres tuos.* Tertio conjunctio, & causam indicare videtur, cu Christus pro Petro specialiter rogaverit, si demque indeficientem exoraverit, scilicet, ut alios confirmaret; *Non deficiet fides tua; Et tu confirma fratres tuos.* Quod ad officium, atque adeò ad successores pertinet.

4. Porro, quâ ratione alios posset confirmare, qui titubaret ipse? vel potius quomodo posset labantes sustinere, aut lapsos erigere, si ipse non solum per hæresim jam corruisset, sed etiam alios per propositionem hæretici dogmatis, publicè toti Ecclesiæ factam, ad casum posset impellere? Necesse est, ut firmiter stet, cujus officium est aliorum impedire casum, aut ruinam reparare: eum, qui dux aliorum constituitur, oculis valere oportet. Alioquin illorum incolumitati non consulitur, sed utrique ad foveam mittuntur; præsertim, dum non est alius, qui à recto tramite deviantes moneat. Quod à Jdo, ne quis reponat, posse fideles à Summo Pontifice deceptos ad veritatis viam revocari à Concilio Generali. Sicut enim (quod in anterioribus no-

tavimus) tribus primis facultis impossibile fuit, Concilium Generale congregare, ita totidem, & pluribus posset eadem facultas esse, his præsertim temporibus.

Sed ut ad propositam rationem redeamus, quo Scripturæ loco tam aperte declaratur, Romanum Pontificem esse Beati Petri successorem, & Caput Ecclesiæ, quod de fide esse, concedunt etiam Illustrissimi Episcopi Gallicani; quam eo, quod adduximus, testimonio constat, Beato Petro, ut Ecclesiæ Capiti, & Supremo Pastori datam esse fidem indeficientem.

Dum Christus *Joann. ult.* suas oves Petro pascendas commisit his verbis: *Pasce oves meas, nonne cum officio, cetera etiam, illi ritè obeundo necessaria claritas est; quæ in genere videtur fuisse indefectibile in materia fidei iudicium.* Cùm enim id maxime curare debeat spiritalis Pastor, ut fides incorrupta servetur in grege, quippe quæ radix sit, quæ permanente, reviviscere ceteræ virtutes possint, quæ sublatâ, penè omnia sublatâ sit spes salutis, ac sine fide impossibile sit placere Deo, vel salutem æternam consequi: convenit omninò, ut cui suprema totius gregis Domini cura incumbit, eâ dote præditus sit, ut oves ipsius vocem sequentes a venenosis errorum herbis se non inficiendas, sed salubribus veritatis pascuis alendas, & impinguandas securissimè confidant.

Præterea, ut Ecclesiæ, quæ est columna & firmamentum veritatis (hanc enim eî dotem tribuit Spiritus sanctus per B. Paulum 1. *Timoth. 3.*) firmiter stet, necesse est, ut firmamentum, quo nititur, sit in fide firmum, & inconcussum, Petrus autem, ejusque adeò Successor Romanus Pontifex est fundamentum Ecclesiæ, ut ipsemet Christus Petro revelavit: *Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam. Matth. 16.* Debet ergo Romanus Pontifex ut fundamentum Ecclesiæ, id est, quando toti Ecclesiæ fide credenda proponit, in fide ipse firmissimè stare, ne illo deficiente, totum Ecclesiæ corruat ædificium. Ecquis enim, nisi fortè ab Ecclesiâ cum modernis hæreticis extorris, concedere audeat, Ecclesiam concidere posse, dicente Christo post verba modò adducta: *Et porta inferi non prævalent adversus eam? Quis sine horrore audiat, vel audit etiam omninò hominem blasphemantem, & confitentem Christum viro stulto, qui ædificavit domum suam super arenam? Hinc sequeretur error hæreticorum: Et descendit pluvia, & fluxerunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & facta ruina illius magna.* Nonne potius Christus super Petram ædificans Ecclesiam suam, assimilabitur viro sapienti, qui ædificavit domum suam super Petram. *Et descendit pluvia, & venturæ flumina, & fluxerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit? Sed quæ tantæ firmitatis est causa? Fundata enim erat super Petram. Matth. 7.*

Certè non sine aliquo mysterio Christus nomen proprium Simonis in nomen Petri, aut Petræ commutavit, hoc enim tantum signi-

significat vox Græca, & ita Christus ipse interpretatur. Mystrium autem illud indicant verba supra relata: Tu es Petrus, & supra hanc Petram aedificabo Ecclesiam meam. Quorum enim Christus post confessionem lux Divinitatis à Petro, revelante Patre cælesti, factam, dixisset: Tu es Petrus, nisi eo nomine significare voluisset, se hanc ei dignitatem pro illius confessionis præmio conferre, ut immotum esset Ecclesiæ fundamentum, sicut explicant verba sequentia: Et super hanc Petram aedificabo Ecclesiam meam.

9. Hæc autem dixit Christus Petro post publicam illam fidei professionem: Tu es Christus filius Dei vivi, quam tantoperè laudavit Christus: Beatus es Simon Barjona, quia caro & sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus, qui in cælis est: Et ego dico tibi, quia tu es Petrus &c. quam confessionem solus edidit Petrus, licet interrogati omnes Apostoli fuissent: Vos autem, quem me esse dicitis? Ut intelligas, eum totam Ecclesiam repræsentasse, cujus futurus erat fundamentum.

S. II.

Referuntur ac expenduntur Adversariorum argumenta cum responsionibus, & conclusione super ijs reflexivâ.

10.] Auctor Regalis sacerdotij lib. 3. §. 2. n. 4. observat, si Adversarij Conciliorum auctoritatem Pontificia ita præferrent, ut tunc solum Pontificis sententias & definitiones in dubium vocarent, cum à Concilio improbantur, tolerari utcumque posse: sed ipsos, nullius Concilij expectatâ sententiâ, sibi judicium arrogare super reformandâ Papæ definitione, eo solo prætextu adductos, quod Papa extra Concilium errare possit. Circa hoc igitur prætextum, sed uti inferius patebit, fallum principium, videre hic liceat, quibus adversa pars nitatur argumentis.

ARGUMENTUM I. Adversariorum.

11. EX parte istorum opponitur. Ipsosmet sanctos Patres, & Canones dicere, quod Pontifex in hæresim lapsus judicari debeat à Concilio. Supponitur ergo, posse in hæresim labi.

Responsio.

12. Auctor præcitatus §. 9. n. 1. respondet. Canones expressè loqui de errore personali, non judiciali. Nempe Pontificem posse quidem hæreticum esse, non tamen posse hæresim publicè, & ex Cathedra docere, quem admodum Petro, ac Ecclesiæ promissum fuerit. Etenim error personalis vel occultus est, vel privatis descriptionibus à Pontifice sine imperio inspectus, nihil adeo nocens Ecclesiæ, cum omnes sciant, Pontificem extra Cathedram

errare posse, nec illius privatas opiniones alio vultu, quam privati Doctõris legant, tantumque illis tribuant, quantum ponderi & rationis habent. Cujus rei exemplum in Veteri Testamento habetur Num. 14. ubi Baalam Propheta Dei, quamvis vellet, maximeque percuperet, populo Israelitico maledicere, nunquam tamen Deo prohibente, potuit: Non potero, inquit, præterire sermonem Domini Dei mei. Neque Summo Antiqui Fœderis Sacerdoti canebat Oraculum, nisi sacris induto, & Pontificem agenti. Idem ergo est dicendum de Romano Pontifice lequente ex Cathedra.

Objectio.

13. EX parte adversa replicari potest. Perpetuum fore miraculum, si homo dicatur errare non posse, vel quam in se concepit, hæresim docere non posse.

Responsio.

14. Idem Auctor ubi supra respondet. Verum idci, si per miraculum hic intelligatur res visibilis naturæ superior: neque verò istud in Ecclesiâ esse novum, sed quotidianum, uti patet in justificatione peccatorum, administratione Sacramentorum, & incruento Missæ sacrificio. Nec porro difficilius esse Deo, agere supra, ac juxta naturam, cum omnia voluntate, ac nutu peragat, nihilque naturæ creatæ sit magis innatum, quam volenti Deo obedire, ut quidquid, agente Deo, naturæ supra naturam accidit, ipsi sit magis consentaneum, quam ipsa natura, quam Philosophi vocant potentiam obedientialem.

ARGUMENTUM II. Adversariorum.

15. EX parte adversa licet 2. argumentari. Assentientia Spiritûs sancti est Romano Pontifici ea sub conditione promissa, ut is in rebus fidei declarandis sufficientem adhibeat diligentiam, humanoque procedat modo, prout in rebus arduis, summi que momenti homines solent, nec enim, si intemperijs agitato aliqua excideret constitutio, eam continuo per fidei dogmata recipiendam esse. Unde duplex duci argumentum. Primum, quia ut huic necessariæ diligentie satisfiat, videri Concilium omninò necessarium, quippe cum hujus indictio sit supremus gradus humanæ diligentie, quâ major adhiberi non possit. Secundum, quia nobis constare non potest, an Romanus Pontifex sufficientem, & inveniendam veritati necessariam adhibuerit diligentiam, ideo etiam constare non posse de veritate ab eo factæ decisionis, usque quæ alligata sit illi diligentie.

Responsio.

16. PRæfatus Auctor Regalis sacerdotij cit. §. 9. n. 3. respondet. Verum esse, quod oportet,

teat, Romanum Pontificem adhibitis pro negotij qualitate, Doctorum consilijs, matureque expensâ rei veritate, res fidei decernere, nec Deum præcipitanti in re tanta, & temerarijs sententijs radium suum accommodare: sed ad has humanæ industriæ partes explendas, minimè necessaria esse Concilia. Si enim hæc essent necessaria, cur in primitivâ Ecclesiâ tot hæresibus agitata, cessatum est à Concilijs? Imò hæc impedimento potius sunt, ubi lenta remedia morbus non admittit, quod maximè in hæresi extinguendâ verum est, quæ nisi in favilla opprimatur, in incendium erumpit. Quod si ponatur casus, in quo sit opus Concilio, Deum, qui nunquam Ecclesiæ in necessarijs desit, neque hic defuturum: neque tamen Pontificis sententiam tunc esse alligatam plurium suffragijs, sed illi parti, quam æquiorum crediderit, quamvis minori: quippe cum ad prudentiam, humanamque industriam minimè pertineat, pluribus semper adhærere, sed melioribus.

#### Objectio.

17. Instari potest ex parte adversa. Unde Iconstare posse, quod à Pontifice sit præstita diligentia sufficiens ad fidei dogma statuendum, seu qualis ad hoc requiratur causa, maximè cum hoc sit *Falsi*, in quo Pontifex errare possit?

#### Responsio.

18. Auctor præcitatus cit. n. 3. reponit Idem Opponi posse Concilio, cum hoc etiam in *Falso* errare possit. Esse igitur aliqua, quæ ad *Falsum* quidem spectant, sed quia à Deo revelata sunt, aut saltem cum revelatis connexa, & ad publicum Ecclesiæ bonum spectantia, in ijs æquè, ac in *Veris* quæstionibus, neque Pontificem, neque Ecclesiam errare, aut deficere posse: Deo enim curæ esse, ne desint fini à se præfixo media accommodata. Cum ergo voluerit Deus, sententias fidei à Pontifice latas, haberi ratas fixasque, nec errore aliquo corruptas, ipsum etiam curare, ne sint temerariæ, cæcæque impetu & absque consilio profusæ: quemadmodum quia Deus Abrahamæ filium promiserat, & ex filio perpetuam successionem, ipsumque Messiam, ad eundem spectasse Deum, ut à sterili filius naceretur, nec ante tempus, quamvis occidi iussus, quamvis gladio jam subiectus, vitam finiret. Quod pulchrè S. Paulus ad Romanos cap. 4. exprimit: *Et non infirmatus est, inquam, Abraham fide, nec consideravit corpus suum emortuum, cum jam serè centum esset annorum, & emortuam vulvam Saræ, in repromissione etiam Dei non habuit diffidentiam, sed confortatus est fide dans gloriam Deo, plenissimè sciens, quia quacunque promissit, potens est & facere.*

#### CONCLUSIO.

19. Papæ ex Cathedra loquentis in fidei dogmatibus decidendis non consummatum duntaxat iudicium, consistens formaliter in fidei actu per Pri-

mam Veritatem specificato, omnimodam habet certitudinem, sed prudentialibus etiam Summi Pontificis ex Cathedra Apostolica decernentis actibus, ad fidei præferentiam iudicium præter dispositivis, *practica* supernaturalis dictaminis à Spiritu sancto moti inexistit certitudo.

Explicatur. Hujus conclusionis non inepta sit explicatio ex processu actus, quo sacra Scripturæ libros antehac abfconditos contigit, aliquando definiti tanquam Canonicos. Antiquitus nimirum in Catalogum Canonicorum, ac Divinorum voluminum non erant relati libri Tobie, Iudith, Esther, Sapientie, Ecclesiastici, duo Machabæorum &c. & tamen de ijs semper emicabant in Christi Ecclesiâ quædam scintillæ argumentorum, ex quibus S. Augustinus lib. 2. de *div. Christ. cap. 8.* permotus fuit, ut catalogum sacrorum Veteris Testamenti librorum eundem cum illo statueret, quem sacra Tridantina Synodus tandem definivit.

Ipsissima illa argumenta in tantum resplicere cæperant, prudentialisque credibilitatis evidentiâ eâ cum energiâ exerebant, ut libri illi antehac apocryphi in Concilio Carthaginensi III. reciperentur tanquam Divini. In vi eorundem argumentorum magis ac magis in Ecclesiâ sanctâ reluctentium inducte Innocentius 1. in *epist. 3. ad Exuperium*, & Gelasius in decreto de *libris sacris, & falsis* in Concilio Romano septuaginta Episcoporum, ut libros illos referret in catalogum Divinorum voluminum. Quid ni ergo dixeris, in hoc statu scintillas argumentorum ex cineribus quasi emicantium, à Spiritu sancto excitatas, in illorum Summorum Pontificum mentibus suscitasse facem quandam supernaturalis credibilitatis, sub qua fuerit formatum iudicium prudentiale supernaturale, eo ipso, quod à Spiritu sancto ingerebatur, *practice* infallibile, in vi cuius voluntas eorundem Pontificum supernaturali Spiritu sancti motione excitata, intellectum illorum, fidei lumine informatum raperet in obsequium Primæ Veritatis sub modio adhuc latentis, sed ob mentis oculos in illis Summis Pontificibus per supernaturalem credibilitatis prudentialis evidentiâ posita, per ipsius fidei infallibilem, ac irreformabilem certitudinem amplexata, indeque per decreta auctoritativa super Ecclesiæ candelabrum collocari cæptæ. Quare illa de præcæcis Voluminibus per Summos Pontifices Innocentium, ac Gelasium definita, ut sic per Primam Veritatem in se immediatè attestatam formaliter specificata veritas ex tunc in eo erat statuta, ut Papæ ex Cathedra decernentis iudicio, fidei actum formalissimè importanti non posset major quoad se accedere firmitas: attamen quoad nos, in ordine scilicet ad fidelium certificationem, Veritatis ejusmodi Divinæ erga cunctos fideles prudentialiter applicatoriam, is habet progressus, ut ipsissimus ille Divinorum Volumi-



Luminum catalogus à Concilio Florentino in *Decretis Eugenij ad Armenos*, & tandem à Tridentino *Sess. 4.* cætenus ponere super candelabrum sanctæ Ecclesiæ, quatenus per *Universali Ecclesiæ eâ Occumenicâ Synodo representata* confessionem illi fidei firmitati adaptabatur convincens credibilitatis supernaturalis prudentiale *prædictæ* omninò certum ac evidens argumentum, in vi cujus obstringerentur fideles ad præstandum fidei assensum veritati taliter definitæ.

21. Quemadmodum proinde Papæ judicium dogmatis illius ex ipso fidei *Formali* motivo, atque adeò ex *Primæ Veritatis* superimmensâ autoritate determinativum, sicque ex *Petræ, seu cathedræ apostolicæ*, supra Ecclesiæ sanctæ candelabro poni coeptum, obtinebat infallibilem non fidei duntaxat in *substantia supernaturali* certitudinem, sed huic in Papa prælucebat fax quædam prudentialis credibilitatis evidentiâ ingerens in *substantia æquè supernaturalis*, ac *prædictæ* demonstrans veritatem illam sub fidei medio latentem, ex *Primæ Veritatis* motivo merito amplectendam, indeque publicæ fidei exponendam, atque super candelabrum sanctæ Ecclesiæ constituendam esse, ut *luceat omnibus, qui in domo Dei sunt*. Sic proinde eâ fidei veritate per *Ecclesiæ sanctæ in Concilio Occumenico representata* confessionem super candelabro jam positâ, fideles universi à Spiritu sancto pariter ducuntur ad fidei assensum eidem præstandum, in *Primæ Veritatis* obsequium captivando intellectum suum, ex supernaturali Spiritûs sancti motione directâ per convincentem credibilitatis prudentialis evidentiâ, *Ecclesiæ in Concilio Occumenico representata cum Capite confessioni* innixam, cujusmodi adeò judicium fidei prævium, voluntatiq; per Spiritum sanctum movendæ, & intellectum fidei lumine informatum in fidei obsequium captivanti prælucebat, æquè supernaturale est, obtinens adeò *supernaturalem prædictam* certitudinem. Quod proinde cujusque fidelis proprium tum fidei, tum prudentialis credibilitatis supernaturalis judicium in *substantia* non differt à judicio Papæ ex *Cathedra apostolica* seu *fidei Petræ* ad universam Ecclesiam, sive in Concilio, sive extra Concilium loquentis: sed tota differentia est in hoc, quòd Spiritûs sancti gratia talis judicij tum fidei, tum prudentiæ supernaturalis directiva & efformativa, cæterorum fidelium subiectum *ordinariè* non egrediatur; in Papa verò quâ *Ecclesiæ Capite* sit ejusmodi *Divinæ gratiæ* effluxus erga totam Ecclesiam, in vi cujus per Spiritum sanctum directionis, Papa ex *cathedrâ* loquens non possit decernere, ac Ecclesiæ denunciare aliud, quàm verum fidei judicium, unâ cum prudentialis supernaturalis credibilitatis argumentis *prædictæ* certis, & fallere impotentibus. Et hæc est fundamentalis ratio, per quam certò asserere licet, tum quòd Papa ex *Cathedra* loquens errare non possit, tum quòd in dogmaticis sanctionibus eâ potius Spiritûs sancti assilientis, per quam non ex prudentiâ humanâ errori obnoxia, sed ex supernaturali

per Spiritum sanctum motâ ac directâ prudentiâ decernat; prout magis elucet aditu per subsequentes argumentorum adversantium confutatorias probationes.

## PROBATIO I.

Confutatoriâ I. Adversariorum argumenti.

22. Quid ni enim, quod de quovis per fidei *supernaturale* lumen, ac prudentiam infusam vi sacramenti *Beatitudinis* instructo verificatur, proportionabiliter dicere fas sit de Summo Pontifice? At in quolibet homine fidei verum obtinet, quoddam operatur ex fidei lumine supernaturali, vel etiam infusæ prudentiæ habitu, ut sic errare non possit; cùm cæteroque error seu *speculativus* fidei luminis, seu *prædictæ* prudentiæ infusæ habitui imputaretur, sicque reduceretur in ipsum Spiritum sanctum. Quotiescunque igitur Papa procedit ex ipso fidei supernaturali lumine, ac infusæ prudentiæ habitu, nefas foret dicere, ipsum ut sic errori obnoxium esse. At verò quando Summus Pontifex, non quâ privatus Doctor tractat de rebus fidei, sed ejusmodi dogmata decernit ex *Cathedrâ sua Apostolicâ*, ut sic procedit ex *Petrâ*, super quam ædificatur Ecclesia. Eo ipso autem, quòd Ecclesiæ forma substantialis sit fides, atque adeò Ecclesiæ ædificatio sit *formaliter* per fidem, oportet, Papam ex *Petrâ, seu Cathedrâ Apostolicâ* fidei dogma definientem, loqui ex ipsâ fide per prudentialem supernaturalem Spiritûs sancti directionem excitari soliti. Quemadmodum igitur fidei lumen in suis actibus nequit errori obnoxium esse, uti nec infusa prudentia in suæ supernaturalis directionis dictamine potest *prædictæ* fallibilis esse, sic neque Papa in fidei dogmatibus ex *Cathedrâ sua Apostolica* decernens, potest errori & fallibilitati obnoxius esse, tametsi quasi à posteriori quoad nos, circa hoc *Facti* punctum, quòd Papa decreverit ex *Cathedrâ, seu fidei Petrâ*, majoris adhuc assurationis firmitas accrescere in nobis valeat ex *Ecclesiæ Universalis cum Capite confessione*, seu infallibili prudentiali argumento *prædictæ* nos certificante de illo, quod est *Facti*, id est, quòd Papa definierit ex *Cathedrâ sua Apostolica*. Atque hæc in homine, legitimo Petri Successore, quâ ex Pastoralis officij supereminentiâ procedente, inconcussa infallibilitas non tam miraculum, utpote ejusdem ordinariâ importans prerogativam, quàm supernaturale donum gratiæ tum fidei, ac supernaturalis prudentiæ, tum gratis datæ, reputandum est.

## PROBATIO II.

Refutatoriâ 2. Adversariorum argumenti.

23. Providentiâ namque Divina disponens omnia suaviter in agibilibus humanis, ita se attemperat conditioni humanâ, ut, quem *admo-*

244

admo-

admodum prudentia naturalis duobus nititur principijs; altero se tenente ex parte finis, in eo quã rectã rationi consono procurando; altero se habente ex parte mediorum, in his per circumspectam omnium circumstantiarum providẽ, ac ex honestatis ratione pensandarum considerationem, convenienter ordinandis: sic prudentia infusa per Spiritum sanctum moveri, ac dirigi consueta, æquẽ supponit in homine tum finis rectitudinem etiã supernaturalem, tum mediorum ad hunc ex circumspectam præmeditationẽ. Quã equidem in homine circumspectio se habet erga prudentiam infusam per modum quasi materialis, cui Spiritus sanctus superstruit gratiã suã directionem, humanã intelligentiã vires superexcedentem, omnimodã practicã etiã supernaturalis ceteritudinis superinductricem. Eiusmodi proinde prudentiã non humanã & naturalis, sed infusã ac supernaturalis directio intervenit in ijs etiã, quã Facti sunt, dum Papa ex Cathedra sua Apostolica decernit. Quare per se & quoad ipsam rei veritatem profus certum est, quotiescunque Papa erga Universam Ecclesiam decernit ex vi sui Pastoralis muneris publici ac Oecumenici, ne in ijs quidem, quã Facti sunt, practicẽ, id est, quoad rectitudinis moralitatem à le præceptam, esse erroris obnoxium, licet materialis quidam intellexerit error, qui tamen neque prudentiã infusã, neque honestatis moralis ut sic intentã, ac definitã formalem bonitatem inficere posset.

24. Nihilominus, ut quoad nos subsistat certitudo, quã securi omnino sumus, quod Papa egerit ac decreverit, non ex humanã & naturali, sed infusã ac supernaturali prudentiã, ad hoc indigemus singulari quopiam argumento nostri intellectus eã super re certificativo, dum prudentiã supernaturalis practicẽ infallibilis, & naturalis errori etiã pratico obnoxie differentias in seipsis penetrare haud valeamus. Promisit equidem Christus Apostolis, se ad finem usque mundi cum ipsis, eorum ad eã etiam Successoribus futurum. Spiritumque sanctum edoctorum eos omnem veritatem, ex vi hujus tamen præminentie non extraxit illos e forte hominum, per quam erroris sunt obnoxij: attamen in gradu Apostolico constitutos Pontifices Summos, quã ex hujus Cathedra decernentes, dotavit infallibili Spiritus sancti assistentiã. Unde quamprimùm certificantur fideles, Papam decernere ex hac Apostolica Petra, practicẽ certi esse debent tum de fidei veritate, tum de morali honestate decreti hujusmodi. Quã proinde de Papã, quã ex Cathedra loquentis præminentia, per Spiritum sanctum mota & directã certificatio omnimoda, quasi ultimã & permaximẽ innotescit fidelibus, ex Ecclesiã cum Capite suo intrã Concilium Oecumenicum representatã consensione; uti ex antecedentibus constare licet.

S. III.

Nostratis sententiã argumenta referuntur ac expenduntur cum conclusione super iisdem reflexivã.

## ARGUMENTVM I.

Ex Veteris Testamenti tabulis desumptum.

Ita namque habetur Deut. 16. Si difficile, & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris, causa & causam, lepram & lepram, & iudicium intrã portas tuas videris verba variare; surge & ascende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus, veniẽque ad sacerdotem Leviticus generis & ad iudicem, qui fuerit illo tempore, quẽque ab eis, qui indicabunt tibi iudicij veritatem. Qui autem superbit, nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Deo tuo, ex decreto Iudicis morietur. Ad hoc Domini præceptum respiciens Iosaphat Rex Paralip. 2. cap. 19. sic alloquitur Sacerdotes: Omnem causam, quã venerit ad vos fratrum vestrorum, alienaque questio est de lege, & de mandato, de caeremoniis, de justificationibus, ostendetis eis, ut non peccent in Dominum. Amarias autem Sacerdos & Pontifex resister in his, quã ad Deum pertinent, prædicabit. Unde Ecclesiast. 12. dicebantur verbas sapientum esse stimuli, & sicut clavi in altum defixi, quã per Magistrorum consilium data sunt à Pastore tuo. Nil amplius, fili mi, ne requiras.

Ex præcitato igitur Deuteronomij texto 16. sacro Author Regalis Sacerdotij est. lib. 3. f. 2. n. 1. sic argumentatur. Vel Summi Sacerdotis in Veteri Testamento infallibile, & irreformabile erat iudicium, vel non? Si erat, hoc ipsum est, quod volumus, quodque probare intendimus: nec enim privilegium & assistentia Spiritus sancti Synagoge concessum, Ecclesiã longẽ nobilitiori negandum est: utpote quam toto orbe diffusam impugnant hæreses, & proinde uno & infallibili iudice magis indiget, qui finem discordij imponat. Si verò Summi in Antiquo Ecclesie Sacerdotis sententia infallibilis & irreformabilis non erat: cur ab illa non admittitur appellatio? & qui non acquiescit, morti iubetur? Planẽ dignus morte non est, qui in rebus fidei dubiam, incertamque sententiam non admittit, cum fidem oporteat, esse indubiam, certamque; nec unquam nisi inappellabile, ultimo supplicio affectus sit, qui à iudice & sententia appellavit, à qua appellare potuit, quã scilicet ultima non est.

Obiectio.

Instari potest ex parte adversa. Pontifex in Veteri Testamento sententiam fuisse quidem certam, sed à Pontifice in Concilio & ex Concilij suffragijs latam, ut patet ex verbis sacri Textus, qui non de uno Pontifice, sed de pluribus loquitur; & ideo Hebraei & Sigonius lib. 6. de repub. Hebr. c. 7. explicavit de Magno Concilio Sanhedrim, quod po-

viris constabat, non ergo potest ex hoc Textu deduci, Summi Pontificis sententiam, etiam extra Concilium docentis, ultimam esse, ac irrefragabilem.

Responsio.

28. SAnhedris non fuit Concilium Generale, cum 70. tantum viris constaret, quorum multi Sacerdotes non erant, non ergo potest ex hoc loco argumentum pro Concilio Generali adduci. Deinde esto, Generale fuerit, illi tamen Pontificis Maximi sententia astricta non erat: de solo enim Summo Sacerdote dicitur. Qui autem superbiens, noluerit obedire Sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo, morte morietur. Et ideo solus Pontifex maximus Rationale, & Oraculum Vrim Verbumque ad peccus gestabat, cum inscriptione: Iudicium & veritas: solus etiam & sine Concilio Oraculum consulebat in rebus dubijs. Regum 23. & 30. Et esto, concedamus, in Veteri Testamento, ubi vix angulum Orbis Synagoga occupabat, Pontificis ultimam sententiam fuisse Concilio alligatam: hoc tamen de Ecclesia Christi dici non potest, quae cum toto terrarum orbe diffusa sit, Concilium Generale convocari rarissime potest, & tunc etiam cum gravissimis incommodis; & propterea non in Concilium, sed in solum Petrum gubernationem suae Ecclesiae transtulit Christus, multaque haereses sine Concilio voluit a solo Pontifice confutari, & qui non illi adhereret, pro haeretico aestimari, ut expressè testatur S. Augustinus epist. 162. & in Psal. contra partem Donati. Et S. Leo epist. 87. ad Episcopos Viennensis Provinciae, & ipsa Ecclesiae praxis plus latè demonstrat.

ARGUMENTUM II.

Ex Luca 22. capite desumptum.

29. Ibi namque Christus dicit, se rogasse pro Petro, ejusque successoribus, ne unquam illorum fides deficiat: Simon, Simon, inquiens, ecce Sathanas expetivit vos, ut cribraret, sicut triticum, ego autem pro te rogavi, ut non deficiat fides tua: & ut aliquando conversus, confirma fratres tuos. In quo sacro textu Author Regalis Sacerdotij cit. §. 2. n. 2. rectè advertit, verba specialiter dirigi ad Petrum: quamvis enim Sathan omnes expetiverit, non tamen dicit Christus: Ego pro vobis rogavi: sed pro te, innuens, se privilegium aliquod speciale Petro postulasse: nec Petro tantum, sed illius etiam successoribus. Semper enim Ecclesia, ut impetitur a Sathana; ita confirmari debet: & sicut ex omnium Catholicorum sententia aliae promissiones Petro factae ad ejus successores pertinent, sic etiam ista; nec aliter Concilia ipsa, & Patres hunc locum intellexerunt, ut planè temerarium sit, non ita intelligere: quamvis enim etiam pro perseverantia Petri in gratia, & pro ipsa Ecclesia Christus oraverit; specialiter tamen pro

Petro, ejusque successoribus impetrasse, tum ipsa per se verba, tum omnium Patrum consensus habet. Ij sunt: Patres sextae universalis Synodi Constantinopolit. Act. one 4. S. Augustinus lib. de corrept. & grat. S. Chrysostomus hom. 83. in Matth. Theophylactus in Cap. 22. Lucae. S. Lucius Papa & M. epist. 1. ad Episcopos Galliae & Hispaniae. S. Leo serm. 3. de Assumpt. sua ad Pontif. S. Nicolaus I. epist. ad Michaelem Imperat. S. Leo IX. epist. ad Petrum Antioch. S. Bernardus epist. 190. ad Innoc. S. Gregorius M. lib. 6. epist. 37. ad Eulogium S. Thomas 2. 2. q. 1. n. ult. Innocentius III. in epist. ad Episcop. Arelat. & habetur. Majores. de Baptif. Ioannes Constantinopolit. epist. ad Hormisd. Papam. Theodorus Studites epist. ad Paschaem Papam. S. Bernardus serm. de privileg. Ioan. Baptif. Et denique omnium elegantissime B. Agatho Papa epist. ad Augustos, quae recitata, recepta, summissque laudibus affecta est à Patribus sextae Oecumenicae Synodi Act. 4. & 8. & habetur tom. 3. Conciliorum.

30. Quo adeo fundamento posito, praedictus Author ita argumentatur. Si Romani Pontificis est Cathedra docentis sententia in materia fidei non est infallibilis, ergo potest illi error subesse; ergo ejus fides potest deficere: non ergo verum est, privilegium illi a Christo speciale impetratum esse, ne illius in docendo fides deficiat.

Obiectio.

31. EX parte adversa excipi potest, hoc privilegium Petro impetratum à Christo, ad ejus successores extendendum non esse.

Responsio.

32. PRædictus Regalis Sacerdotij Author respondet. Hanc exceptionem in primis militare contra explicationem omnium Patrum, qui hanc Christi promissionem non Petro tantum, sed ejus Sedi, & consequenter successoribus factam esse dicunt. Idque ex Christi verbis colligitur, qui hoc donum perpetuae & indefectibilis fidei in utilitatem Ecclesiae Petro contulit, ut is videlicet eam confirmaret contra Sathanæ insultus: quae ratio non pro Petro solum, sed pro ejus successoribus aequè multoque magis militat: quando videlicet Ecclesia & multò magis impugnatur, & multò magis, ut confirmetur, opus habet. Quòd si privilegium ad solum Petrum restringas: idem dicendum erit de alijs Matth. 16. & Ioannis ult. Petro concessis: quod si semel admittas, in primis contra totam Ecclesiam sentis: deinde quomodo contra haereticos Primatum & potestatem Pontificis Romani probabis?

Replicata obiectio.

33. EXcipi rursus potest ex parte adversa. Promissionem Petro factam, principaliter in Ecclesiam dirigi, quae à Concilio Generali representatur.

Z z z z z

Re-

quid. III. s. III. tratis sententia argumentum... ARGUMENTUM I. Veteri Testamento... Obiectio. potest ex parte adversi...

## Responſio.

34. **I**dem Author reſpondet in hunc modum. Hanc exceptionem apertè pugnare cum Chriſti verbis. Hæc enim tam clara ſunt, tam apertè in ſolum Petrum diriguntur, & adeò nulla Eccleſiæ, aut Concilij fit mentio, ut videantur Adverſarij noſtri non tam ſuam opinionem ad Scripturam accommodare voluiſſe, quàm potiùs Scripturam, volentem nolentemque, in ſuas partes trahere, ut non tam ipſi, quod Scriptura, quàm Scriptura, quod ipſi, ſentiret. Quòd ſi velint, donum & privilegium Petro, & ſucceſſoribus collatum, mediàtè ipſi etiam Eccleſiæ collatum eſſe, quæcùm à Petro gubernari ſe patitur, errare non poteſt; quemadmodùm quidquid boni natura capiti conceſſit, illud totum in bonum, & directionem corporis redundat; id quidem veriſſimum eſt, & ſenſui SS. Patrum omnium conſentaneum: ſed ſententiam noſtram confirmat potiùs, quàm evertit.

## Iterata objectio.

35. **E**xciſi denique poteſt ex parte adverſa. Ex eo Evangelij textu non haberi, quòd Pontificis iudicium etiam extra Concilium docentis infallibile ſit.

## Reſponſio.

36. **P**ræfatus Author ita reſpondet. Cùm Chriſtus nullam omninò Concilij mentionem faciat, multoque minùs infallibilitatem Petri illi adſtringat; gratis & ſine fundamento hanc limitationem ab ipſiſ opponi, qui dolent, Scripturam aliter loqui, quàm ipſi vident. Si Petri fides à Concilij directione, & non contra Concilij fides à Petro penderet; non tam Petrus fratres ſuos confirmaret, quàm ipſe à fratribus confirmaretur.

## ARGUMENTVM III.

## Ex Mattheo 16. petnum.

37. **E**x huius namque Evangelij ſacro textu vincitur, Petrum, ejuſque ſucceſſores eſſe Petram & fundamentum Eccleſiæ, contra quam portæ inferi non prævalebunt. Unde Author Regalis Sacerdotij cit. §. 2. n. 3. hunc in modum argumentatur. Si Petrus, ejuſque ſucceſſor eſt fidei Petra, oportet, illum, cùm publicè, & cum poteſtate docet (tunc enim maximoperè officio ſuo fungitur, & Petram agit) concuti in fide non poſſe, multò minùs frangi, aliàs non tam Petra, quàm arena eſſet: & quid plus alijs Doctores & Episcopis Petrus accepſſet, quæve ratione Petræ titulum magis meritus eſſet, ſi æquè, ac illi, poſſet in fidem impingere, evertique, & errores docere? Si Petri, omniumque Episcoporum in credendo, docendoque, quæ ſunt fidei, par eſt conditio, omnes pariter erunt petræ, nec majori titulo Petrus, quàm illi: ſi verò Petri, & aliorum Episcoporum non eſt in fide par conditio, oportet, plus Petro, ejuſque ſucceſſoribus, quàm alijs Episcopis tribui: & quid hoc aliud? niſi quòd cadere illi omnes in errores poſſint; imò pleraque hæreſes ab Episcopis aut natæ, aut nutritæ; Pe-

trus ſolus, ejuſque ſucceſſores non poſſint; & ideo Petro, non alijs dictum eſſe: *Super hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam.* Rurſus: Si Petrus, ejuſque ſucceſſores ſunt fundamentum Eccleſiæ, contra quam portæ inferi non prævalebunt, hoc eſt, quæ nunquam corruet, nunquam errabit, aut deficiet, multò magis oportet, fundamentum corruere, & deficere non poſſe: quid enim hoc portenti, ut ſtante domo, fundamentum cadat? Aut ergo fundamentum Eccleſiæ non eſt Petrus; aut ſi eſt, eo cadente, cadet Eccleſia, & Eccleſiâ non cadente, necipſum cadere poterit.

## Objectio.

**E**xciſi fortassis Adverſarij. Petro dicta eſſe illa Chriſti verba, quatenus præſentabat Eccleſiam: & ita hanc promiſſionem non tam Petro, quàm Eccleſiæ factam eſſe.

## Reſponſio.

**P**ræfatus Author reſpondet. Id verum eſſe, ſi dicas, firmitatem & conſtantiam fidei Petro promiſſam, etiam ad Eccleſiam pertinere, imò propter Eccleſiam factam eſſe, quemadmodùm ſoliditatis fundamenti eſt ſoliditas ædificij, & hoc ipſum Patres voluerunt; ſicut enim caput totum hominem præſentat, ita Pontifex Maximus Eccleſiam toto orbe ſuſam; in cuius rei figuram Summus apud Hebræos Sacerdos totum orbem terrarum veſti Pontificiæ inſcriptum geſtabat, juxta illud *Sapientis 18. in veſtu pedibus totus erat orbis terrarum.* Et teſte Epiphano *lib. de lapid. & gemmis.* Idem Pontifex tempore Salomonis Regis, præluſus velut illi conſtantix, & Petrinx firmamenti, quam Chriſtus Vicario ſuo promiſit, præter gemmas Rationalis, adamantem, binis ſmaragdus incinctum, ad pectus geſtabat; qui Deo placato, ſerenâ luce perfundebar, irato verò & accinſto vindictæ, languineus micabat. Si verò ſic Petrum Eccleſiam præſentariſſe dicas, ut tota firmitas & indelictentia veræ fidei ad Eccleſiam pertineat, excluſo Petro; inprimis nihil poteſt dici, quod magis Evangelio repugnet, ejuſque ſententiæ: cùm ſole clariùs ſit, Chriſtum ad Petrum loqui, illi fidem polliceri, ejus confeſſionem præmio afficere, & denique multis modis, & velut anxie laborare, ut Petrum ab alijs diſtinguat, eumque ſolum, non alios deſignet, nullâ Concilij mentione, nullâ Eccleſiæ factâ, niſi quòd hanc dicat, ſe Petro inædificaturum.

Deinde, ſi hoc modo, quo Adverſarij volunt, Evangelium intelligas, ſenſus erudit planè abſurdiſſimus, hic enim erit: *Tu es Petrus, & ſuper Eccleſiam, quam præſentatis, ædificabo Eccleſiam meam.* Aut ergo Eccleſia ſibi ipſi fundamentum eſt: aut duæ ſunt Eccleſiæ, quarum una fundamentum eſt alterius: aut Petrus eſt Eccleſiæ fundamentum; & ſi eſt, quærimus, qui fieri poſſit, ut huius fides & doctrina deficiat, ſtante Eccleſia? Quòd ſi ad alios ſenſus hæc Evangelij verba detorqueas, qualiſ fundamentum Eccleſiæ non ſit.

CONCLUSIO.

EX Divini Verbi Oraculis efficaciter demonstratur, Papam, quatenus munus pastoralis à Christo sibi concessæ potestatis erga universam Ecclesiam exercet, in rebus fidei, imò & decretis morum, errare non posse.

Explicatur. Oportet namque, pro veritatis semitâ illibatè tenendâ distinguere inter Officium pastorale Romanæ Cathedræ, & inter personam in ista Cathedrâ sedentem. Ex D. Augustino lib. 2. contra epist. Pessian. cap. 51. Hæc autem distinctio in eo se tenet, quòd errores ac vitia personæ nullatenus redundare possint in Cathedram Apostolicam Romanæ Ecclesiæ. Ex Sancto Augustino cit. cap. 51. Unde non tam hic laborandum de particularibus Summorum Pontificum personis, quàm de Cathedrâ Pastoralis erga universalem Ecclesiam officij? An scilicet, quando Pontifex Romanus loquitur ex Cathedrâ, sive ex officio suo Pastoralis erga universalem Ecclesiam, possit facere Decretum fidei, vel bonis moribus contrarium?

PROBATIO I.

Ex illis Christi Domini verbis Luca 22. Ego rogavi pro te, ut non deficiat fides tua.

ETENIM hæc oratione Christus Dominus duo impetravit privilegia, alterum personale, ut Petrus scilicet haberet in fide liberrimam, fortissimam, invictissimam, perfectissimamque voluntatem, Ex sancto Augustino lib. de corrept. & gratiâ. cap. 8. Alterum reale, Pastoralis erga universalem Ecclesiam muneri annexum: Christus enim ita oravit pro Petro, ut conversus aliquando confirmaret fratres. Unde ita à Christo impetrata fidei firmitas non debebat se continere intra personam Petri, quin erga fratres curæ ipsius Pastoralis committendos se diffunderet. Ex quo sequitur, illam fidei firmitatem esse privilegium Petri quâ universalis erga Ecclesiam pastoris, Atqui privilegium ex Christi Domini voluntate annexum isti Pastoralis muneri, eo ipso est perpetuum, quòd habeat respectum ad perpetuum itatum Ecclesiæ, à portis inferi nunquam superandæ. Christus igitur Dominus illâ suâ oratione impetravit fidei firmitatem, quâ connexam cum Pastoralis munere, Ecclesiæ perpetuò usque ad finem sæculi duraturæ coexistit.

At sicuti pastorale perpetuo Ecclesiæ statui annexum munus, Petro per Martyrium sublato, debuit persistere in successoribus, sic fidei firmitas secundum efficaciam orationis Christi connexa cum isto pastorali officio, debet consequenter ad Successores quoque transferri. Constat igitur, ex efficacità Christi orationis, Petri in Pastoralis erga universalem

Z z z z

fit Petrus, sed fides Divinitatis Christi, quam professus est: in primis Evangelio vim facis, cujus tam antecedentia, quàm subsequenta verba omnino ad Petrum diriguntur, occasione ex illius confessione captatâ. Deinde Petri & Pontificis Romani primatum, hoc est, arcem religionis Catholice evertis: hoc enim Evangelij loco aut sublato, aut in alienos sensus exposito, nihil amplius superest, quo adversus Calvinistas, & Lutheranos primatum defendas.

41 Firmatur ea responsio ab autoritate. Sanctus namque Leo ad Episcopos Vienneses epist. 78. ita scribit: Hujus muneris sacramentum ita Dominus ad omnium Apostolorum officium pertinere voluit, ut in Beatissimo Petro principaliter collocaret, ut ab ipso quasi quodam capite dona sua, velut in corpus omne diffunderet, ut exortem se mysterij intelligeret esse Divini, qui ausus fuisset se à Petri soliditate dividere. S. Augustinus Serm. de Cathed. Petra ergo pro devotione Petrus dicitur, eò quòd primus fidei fundamenta posuerit, & tanquam saxum immobile totius operis Christiani compagem, molemq; contineat. Origenes in hunc locum Matth. Manifestum est, etsi non exprimitur, quòd nec adversus Petrum, nec adversus Ecclesiam portæ prævalere poterunt inferorum: nam si prævalerent adversus Petram, in qua fundata Ecclesia erat, contra Ecclesiam etiam prævaleret.

ARGUMENTUM IV.

Ex Joannis ultimo desumptum.

42. Ibi namque Petro, ejusque Successoribus tanquam totius Ecclesiæ Pastoribus ovium Christi cura & regimen committitur per ista verba: Petre amas me? Pascere oves meas. Unde Author Regalis Sacerdotij argumentatur. Per ea verba Petrus, ejusque successores constituti sunt Doctores & Pastores totius Ecclesiæ; aut ergo docentes illos, præsertim quæ sunt fidei, tenetur Ecclesia audire, aut non tenetur? Si tenetur, ergo illi, cum docent, errare non possunt. Nam si possent, erraret etiam Ecclesia, quæ illorum doctrinæ tenetur acquiescere. Si verò Ecclesia non tenetur ea credere, quæ Summus Pontifex ex Verbo Dei credenda esse, definit, non tam Petrus, quàm ipsa Ecclesia erit sibi Pastor, imò ipsa Petrum pascet, quia ipsa errantem Pontificem corriget, ipsa ducet, ipsa, an Petri sententia cum Verbo Dei conveniat, an se eus, judicabit, discernetque, hoc est, quod nunquam factum, nunquam auditum fuit, non ipse Pontifex confirmabit, reprobabitque fidem Concilij, sed Concilium fidem Pontificis: sicque malè Christus Petro dixerit: Pascere oves meas: cum potius ovibus & Ecclesiæ dicere debuisset: si me amatis, pascite Petrum & Vicarium meum, errare hic potest, & in abrupta defertur, & falsa pro veris docere: vos ergo Pastori Pastores esto & cadentem subleвате, hoc est, discipuli Magistrum docete, & oves Pastorem ducite.

Objectio.

Responsio.

quis. III.

Solus, episcopus successoris... Petrus... ecclesia... non tam tim Petro, quam... Objectio... Responsio... 42. Ibi namque Petro, ejusque Successoribus... 44. ETENIM hæc oratione Christus Dominus... 45. At sicuti pastorale perpetuo Ecclesiæ...

sam Ecclesiam munere successoribus competere fidei firmitatem. At ista fidei firmitas eo ipso deficeret in tali Pastoralis munere, si Papa utens potestate ejusmodi erga universalem Ecclesiam, conderet decreta fidei adversantia. Ex illa igitur Christi Domini orationis efficaciam concluditur, fieri nullatenus posse, quod Romanus Pontifex, si loquatur ex Cathedra sui Pastoralis officij erga universalem Ecclesiam, condar decreta fidei repugnantia. In quem adeo sensum Theophylactus in cap. 21. Lucæ ait: *Quia te (scilicet Petrum) habeo principem discipulorum, confirmo ceteros. Hoc enim decet te, qui post me Ecclesie petra es & fundamentum.*

46. Vides igitur, fidei firmitatem, quæ Petrus confirmaret ceteros, esse ex eo, quod esset princeps discipulorum. At eo ipso, quod iste in Ecclesia principatus ex Christi Domini promissione sit connexus cum perpetuo Ecclesie statu, non potuit in Petri personam extingui, sed transire debuit ad successores. Ergo illa fidei firmitas Petro impetrata ita stat in ejus successoribus, ut propterea Petrus Chrysologus in Epist. ad Eutychemen relatato. 1. Concil. Chalcedon. ita scripserit: *Hortamur te Frater honorabilis, ut his, quæ à beatissimo Papæ Romana Civitatis scripta sunt, obedienter attendas; quia B. Petrus, qui in propria sede vivit, præstat querentibus fidei veritatem. En igitur, non tam personam, quam sedem Petri hodie viventem attendi debere, utpote cui annexa sit fidei veritas, adeo, ut Divus Bernardus in Epist. 190. ad Innocentium, ubi asseruisset, in Cathedra Romanâ non posse fidem sentire defectum, exclamet: Cui enim Sedes dictum est aliquando: Ego rogavi pro te, ut non deficiat fides tua?*

47. Confirmatur. Nam ex præactâ Christi Domini orationis efficaciam, firmitatem fidei in Romanâ Cathedra seu Ecclesia concludunt Pontifices primorum duorum, seu trium sæculorum, Lucius I. in Epist. ad Episcopos Hispaniæ & Galliæ. Felix I. in Epist. ad Benignum. Illius enim prioris verba ita se habent: *Ecclesia Romana Apostolica est, & mater omnium Ecclesiarum, quæ à tramite Apostolicæ traditione nunquam errasse probatur, nec hæreticis novitatibus depravata succubuit, secundum ipsius Domini pollicitationem dicentis: Ego rogavi pro te. Posterior porro Pontifex ita scripsit de Ecclesia Romanâ: Ut in exordio vortam fidei Christianæ percepti ab auctoribus suis, Apostolorum Christi principibus, illibata manet, juxta illud: Ego rogavi pro te.*

#### PROBATIO II.

Desumpta ex illis Christi Domini verbis Matth. 16. Et super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam, &c.

48. NAM ista Christi verba esse accipienda de Petro, ita ut super ipsum ceu petram esset ædificanda Ecclesia, docent Tertullianus de præscript. hæret. cap. 22. Cyprianus Epist. 40. & de Vnit. Eccles. Basiliius Magnus ad cap. 2. 1. 1. 1.

Gregorius Nazianzenus art. 2. de Moderatâ in orat. habendâ. Cyrillus Alexandrinus lib. 2. in Ioan. cap. 12. Ambrosius Sermon. 47. Hieronymus in cap. 16. Matth. Augustinus Sermon. 5. in festo Petri & Pauli, & alibi sæpe.

At eo ipso, quod Ecclesia super hanc petram ita ædificanda foret, ut simul Christus eidem Petro contulerit potestatem clavium, oportet, istam potestatem ex Christi Domini promissione connexam esse cum fidei petra, in Petro semper usque ad consummationem sæculi duraturâ, nec à portis inferi unquam vincendâ. Hinc autem sequitur, istam potestatem clavium cum petra fidei connexam minimè exspirasse in Petri personam, sed hujus sedem, utpote cum perpetuo Ecclesie statu connexam, ita vivere in successoribus, ut his competat pastoralis erga universalem super petra fundatam Ecclesiam officij primatus; uti expressè statuunt Concilium Nicænum 1. Can. 6. Ephes. 1. sub verbis Philippi Presbyteri. Chalcedonense ad. 1. 2. 3. & 16. aliæque generales Synodi; nec non ex Patribus Polycarpus apud Sanctum Hieronymum de viris illust. Irenæus lib. 3. cap. 3. Athanasius in Epist. ad Felicem Papam. Basiliius Magnus in Epist. ad Athanasium. Chrysolomus in Epist. ad Innocentium Papam. Cyrillus in lib. Theol. Cyrillus Alexandrinus in Epist. ad Damasum Papam. Hieronymus Epist. 59. ad Damasum Papam. Augustinus lib. 2. de Baptis. contra Donatistas cap. 1. & alibi sæpe. Cum igitur Petri primatus cum Petra seu fidei firmitate inseparabiliter connexus vigeat in Romanâ Cathedra, oportet, Romanum Pontificem, dum ex istâ Cathedra, id est, ex munere suo Pastoralis ad universalem Ecclesiam, fidei, vel morum decreta condendo, loquitur, errare non posse: quomodo enim aliâ portæ inferi non essent prævalitura? Confirmatur specialiter ex subsequentibus Christi verbis: *Portæ inferi non prævalent adversus eam, scilicet Ecclesiam. Nam isthæ verba connectuntur una proximè præcedentibus: super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Ergo quatenus super petram, id est, Apostolicam Petri Cathedram, est fundata Ecclesia, non possunt ipsi prævalere portæ inferi, nec adeo potest deficiere Ecclesia super Cathedram petra, ceu petram ædificata. At forma Ecclesie essentialis est fides. Unde si fides in Ecclesia deficeret, oporteret, formam Ecclesie substantialem deficere. Nequit autem Ecclesia stare super petram ædificata, si nec ipsa petra sit immota in fide, Ecclesie formâ substantiali. Ubi verò vel in unico fidei dogmate interveniret aliquis error, jam moraliter affectivè destrueretur motuum fidei specificativum, nempe Prima Veritatis in omni verbo suo omnimoda infallibilitas: siquæ adeo corruente hoc motivo intrâ Cathedra Apostolicæ petram, super quam ædificatur Ecclesia, quomodo illud ædificum Ecclesie substantiale fidei formâ destitutum subsistere valebit? Quomodo igitur portæ inferi adversus Ecclesiam quæ super istâ petra ædificata non prævalerunt?*

§. IV.

Corollarium finale præsentis Disquisitionis.

50. Infertur. Pro omni statu Ecclesiæ oportuisse, ut existeret fidei regula visibilis, cujus audiendo vocem quisque prudenter ingrederetur vineam Domini; uti indicat parabola Christi *Matthæi. 20.* descripta de Patrefamilias, stantes in foro otiosos vocante ad vineam suam. Etenim Deus sanctæ Ecclesiæ Patrefamilias per Patriarchas, Prophetas, Apostolos, Pastores ac Doctores à se missos, à primo manè usque ad undecimam ac postremam visibilis regni Cælorum, suæque adeò in terra Militantis sanctæ Ecclesiæ horam stantes in foro otiosos, vocavit in vineam suam. Quomodo autem his æterni Patrefamilias ministris crederetur, nisi præferrent ejusdem characterem sub argumentis prudentialiter visibilibus, essentque adeò fidei regula visibilis? Hoc equidem verissimum est, Ecclesiam in eadem substantiâ immobiliter subsistentem, varios obtinuisse status, ita ut ab imperfectiori semper progredere- tur ad statum perfectiorem, Christi tandem Evangelio consummatum. Et hinc ab hu- mani generis in Adamo collapsi origine propa- gabatur Verbum Dei, non equidem sub Scripturæ Divinæ sanctæ testimonio, sed tradi- tionis Divinæ regulâ infallibili, per ipsos- dem homines fideles Divinitus submissos, propa- gata usque ad legem Moysei Divinitus tradi- tam, & in scripta redactam. Sub quo proinde legis jam scriptæ, unâ cum vivo Dei tradito Verbo, Divinitus ordinate statu, constitutus fuit pro Israelitico populo Sacer- dos Maximus, cui (ut *1. n. 4.* vilum est) Di- vinitus erat demandata legis Divinæ expli- catio cum obligatione quoque status illius fideles constringente, ut starent ejusdem Sa- cerdotis judicio: erat insuper in hoc legis Mosaicæ statu Divinitus constitutum Conci- lium Seniorum, cui præsidebat Princeps Sa- cerdotum, cum potestate ipsosmet etiam Pro- phetas judicandi, an veri essent, vel falsi. Haud igitur tunc deerat visibilis fidei regula cum publicâ in fidei causis decidendis autho- ritate, licet minùs perfecta, tandemque non per supervenientem duntaxat perfectiorem E- vangelij statum, sed per propriæ erga Chris- tum perfidiæ culpam meritò evacuatâ. Huic ergo successit perfectior Christi Evangelij sta- tus, infallibilitatem Oecumenicâ in fidei dog- matibus ex verbo Dei sancientiâs autoritatis regulam visibilem tum in Concilio Generali, tum in supremo Ecclesiæ Capite constituens; uti partim constat ex antecedentibus, partim verò ex subsequen- tibus magis elucidabitur.

51. Cujus visibilis regulæ necessitas ostendi- tur ex ipsa fidei natura. Nam fides ejus est natura, ut non habeat evidentiam Primæ Veritatis revelantis sua Divina mysteria, sed lateat sub obscurâ revelationis speculo æni- gmatico; veluti Apostolus *1. Corinth. 13.* mo- net. Hinc ut *suprà* dictum, oportet, medi-


ante voluntatis per Spiritum sanctum motu imperio, intellectum captivari in obsequiâ Christi seu Primæ Veritatis revelantis. Quia verò istud voluntatis imperium, ut ore à Spiritu sancto motum, debet esse prudens, oportet, ipsum niti regulâ prudentiali, quam Theologi in hac materiâ vocant evidentiam credibilitatis. At inter hæc prudentialis credibilitatis argumenta, vel maximè censenda sunt illa, quibus ipsemet Christus suam Di- vinam assitentiam promisit.

Ejusmodi verò fidei regula visibilis & infallibilis est quidem Summus Pontifex ex Cathedra sua Apostolica seu fidei Petra de- finiens: nihilominùs, quia hæreticorum pro- te- via non acquireret huc animatæ fidei re- gula, in ejus adjumentum sancita est à Christo altera fidei regula, quæ subsistit ex Concilijs Oecumenicis, quæ am firmari Divinæ assiten- tiæ munimine. Inter coguntur ipsimet etiam Adversarij hæretici; dum ajunt, Dominum esse illis præsentem; juxta illud *Matthæi. 18.* Vbi duo, vel tres congregati sunt in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Si proinde Deus assistit sacrosanctis Concilijs, cur illorum censuram proprio cujusque de Divinâ assiten- tiâ nulquam assecurati judicij examini subijciunt, & non potius suum spiritum, ac solum proprium censent subijciendum deci- sioni Concilij?

Cujus censuræ temeritas meritò exagge- ratur ex ipsa Concilij natura. Etenim Con- cilium Oecumenicum legitime congregatum ex Divinâ per ipsummet Christum promissâ, atque adeò infallibili assitentia, in defini- dis fidei dogmatibus taliter procedit, ut ex Verbo Dei, non per proprii instinctûs, sed gratiæ Divinæ, juxta Christi promissionem assistentis, ponderationem examinato ac dis- cusso decernat. Unde decretum ac definitio Concilij in rebus fidei nihil est aliud, quàm examen ac judicium de legitimo Verbi Di- vini sensu, non per proprium instinctum, sed per gratiæ Divinæ assitentiam ponderato ac dicto. Ad ejusmodi autem sacro- rum Conciliorum examen ac judicium de- volvuntur fidei quaestiones, dum hæresibus exurgentibus, alieni à Veritate Divinâ, sacra- rum Scripturarum sensus ex proprijs conscientiæ ab hæresarchis jactatæ instinctibus enac- tes, venditantur in Ecclesiâ. At quia ipsis etiâ adversarijs fatentibus, Concilia legitima sunt à Christo assecurata de Veritatis Divinæ assiten- tiâ, evidenter sequitur, tali verum sacrae Scripturæ sensum ab alienis hæreticorum in- stinctibus discernenti definitioni, omnimo- dam inesse securitatem circa dogmatis definiti veritatem.

Eo ipso autem, quòd in tali definitione non jactetur aliqua nova Divinitus inspirata veritas, sed hæc per Spiritûs Divini assiten- tis gratiam eruarur ex Dei Verbo totî Eccle- siæ concredito, oportet, hanc veritatem esse illam ipsam, qua in sacris Litteris, vel etiam non scripto Dei Verbo continetur, nec quid- quam huic superaddi, nisi prudentialem cre- dibilitatis evidentiam. Si proinde per Con- cilij

cilij generalis legitime congregati & approbati definitionem, mediante Divina per ipsum Christum promissa assentiã latam, habeat pura, Verbo Dei Ecclesiã concedito, contenta veritas, ut quid adversarij contendunt, hanc Divinam veritatem suo proprio instinctui denuo submittere? Si per ejusmodi adeo definitionem hæreses ex propria conscientia jactantia, & instinctu privato exorta, mediante Spiritus sancti ab ipso Christo promissa assentiã, sunt jam discussa, veritatisque adeo Divina lux jam apparuit, ut quid conantur, eam priorum instinctuum tenebris iterum involvere, ac hæreson discrimini denuo obijcere; Si ipsa igitur Divina veritas jam patefacta per prudentiale credibilitatis judicium super Concilij definitione rationabiliter fundatum, debite jam applicata sit, cur adverteri contra monitionem Apostoli, non captivant suum intellectum in obsequium Christi, seu Primæ Veritatis revelantis, sed effrenatã priorum instinctuum libidine in circulum se agunt; sancto Athanasio Epist. ad Epictetum de synodi autoritate sic scribente: *Cum hæreses resutandã gratiã hæc Synodus coacta fuerit, qua igitur auctoritas sit, ut post tanti Concilij auctoritatem disceptationes, aut questiones instituantur? Quæ proinde de Concilij infallibilitate argumenta hic eo sine lubuit in medium proferre, quod in subsequenti disquisitione cogitatio ut, Papæ ex Cathedra decernentis infallibilitatem ex ipsismet etiam Concilij Oecumenicis demonstrare.*



## DISQUISITIO IV.

*Utrum Papæ ex Cathedra decernentis infallibilitas demonstrari queat ex sacris Canonibus & Concilij Oecumenicis?*

## §. I.

**A**uthor tractatus de libert. Ecclesiæ Gallicanæ cit. lib. 7. cap. 4. auctoritate Conciliorum Orientalium egregie probat, judicium Summi Pontificis circa quæstiones fidei esse irreformabile: hoc præcipue ductus argumento, quod nihil unquam à Summis Pontificibus sit propositum toti Ecclesiæ tanquam fide Divinã credendum, in quo à Concilij Oecumenicis reformandum fuerit eorum judicium, quin etiam eorum sententia, tanquam ex Petri Cathedrã pronuntiata, semper cum reverentia suscepta sit. Quid enim credere verat, Spiritum sanctum, qui per septemdecim ferè sæcula Summis Pontificibus res fidei definitibus sic adfuit, ut eorum judicium à Concilij Oecumenicis tanquam fidei omninõ consonum, susceptum fuerit, impoliter etiam ac futurum, ut irreformabiliter judicent? Certè periculum mali, quod per tot sæcula nunquam contigit, non

usque adeo metuendum erat, ut Illustrissimi Episcopi Gallicani, omnis veris, & præsentibus Ecclesiarum suarum malis, huic incerto, vel potius nunquam futuro, remedium præparare curarent, eo præsertim Ecclesiam universam regente Pontifice, qui, si quis unquam, maxima cum gravitate, patientia, & maturitate res omnes, præsertim arduas, tractat.

Scio equidem, omnes hæreticos, aliquos etiam ex Catholicis, quibusdam Pontificibus errores contra fidem tribuere, sed novi erroris, eis ab alijs Catholicis, quorum libri omnium manibus teruntur, fuisse optime responsum; nec defuturos, qui, si novum quidquam obijciatur, illud pari efficaciã retendant. Sed de hoc infra recurret sermo. Ut autem ad propositum redeamus, videndum est, quales habuerint Concilia, præsertim Generalia, & Gallicana circa judicium Summorum Pontificum in rebus fidei?

Non utrum Canonibus Concilij primi Nicæni in editionibus vulgaribus non contentis, & ut ajunt, ex Arabia delatis, eorum discussionem Criticorum examini relinquentes, ne in suspitionem veniat jus causæ, dubijs probationibus asserta. Ceterum veritas, instar solis, antequam oculis nostris se exhibeat, non nihil luboscure, non inspicundã tamen lucis præmittit, quæ paulatim crescit usque ad meridiem. Itaque licet in antiquis monumentis non luceant veritates, quæ postmodum diligentius investigatæ, atque, ut sese obtulit occasio, accuratius verfatæ, plenam tandem, aut saltem majorem lucem adeptæ sunt: non ideo tamen contemnenda sunt prima earum vestigia, præsertim insignia.

In Concilio Generali Ephesino anno 431. art. 3. Philippus Presbyter, & Apostolicæ Sedis Legatus nemine contradicente, legationis suæ, ac secum missorum, mandatum in hunc modum expoluit, qui indicat auctoritatem, ac in fide firmitatem à sancto Petro ad ejus Successores derivatam; Nulli dubium, imò sæculis omnibus notum est, quod sanctus, beatissimusque Petrus Apostolorum Princeps, & Caput, fideique columna, & Ecclesiæ Catholica fundamentum à Domino Jesu Christo Salvatore humani generis, ac Redemptore, claves Regni accepit, solvendi quæ ligandis peccata possit, & quæ data est: qui ad hoc usque tempus, & semper in suis Successoribus vivit, & judicium exercet. Itaque itaque secundum ordinem Successor, & locum tenens sanctus, beatissimusque Papa noster Cælestinus Episcopus, nos ipse præsentiam suppliciter ad hanc sanctam Synodum misit. Quorum beati Petri mentio, nisi ut intinuetur, ejus Successores eadem pollere auctoritate, præsertim, dum quæstiones fidei judicant? Quo enim modo fidei columna, & Ecclesiæ Catholica fundamentum semper in suis Successoribus reveret, & judicium exerceret, si isti toti Ecclesiæ possent, posito errore, casus, ruinæque occasionem præbere?

In art. 2. Firmus Cæsareæ Episcopus dixit; Apostolica & sancta Sedes Cæsarensis sancti Petri



fimi Episcopi de presenti negotio sententiam, regulamque præscripsit, quam nos quoque secuti, formam illam executionis mandavimus Canonicum, Apostolicumque iudicium in illum (Nestorium) proferentes. Vides sententiam Romani Pontificis tanquam regulam præscriptam executioni mandatam, & beatum Petrum, dum iudicia de rebus Ecclesiasticis ore sui successoris pronuntiat, humiliter auditum.

Sed ne potes, singulares tantum Episcopos ita sensitisse, ac dixisse, toto Concilio, saltem suo silentio consentiente, Summorum Pontificiam, ut beati Petri sententiam, esse suscipiendam. In Concilio Generali Chalcedonenli art. 2. lecta epistola S. Leonis Papæ ad Flavianum Archiepiscopum Constantinopolitanam, in qua Eutycheus doctrinam, ut hæreticam damnabat, & fidei Orthodoxæ normam præscribebat, reverendissimi Episcopi clamaverunt; Hæc Patrum fides, hæc Apostolorum fides, omnes ita credimus, Orthodoxi ita credunt. Anathema ei, qui ita non credit. Petrus per Leonem ita locutus est &c. Sed iniquus, ita clamatum est, quia revera Episcopi sancti Leonis doctrinam cum recta fide consentire iudicant, hinc tamen regula generalis constitui non potest. Certè hoc, ut supra insinuavi, parum non est, quod in hoc, & in reliquis Conciliis Generalibus sententia Summorum Pontificum de rebus fidei toti Ecclesiæ pronuntiata, ut orthodoxa suscepta fuerit. Verùm hunc iudicij Romani Pontificis eum fide consentium, non redditioni sancti Leonis, sed ejus dignitati tribuendum, id est, lumini Spiritus sancti, beato Petro, ejusque Successoribus, ne deficeret eorum fides, à Christo impetrato, non solum ultima illa verba: Petrus per Leonem ita locutus est, significant; Sed etiam Synodica ad sanctum Leonem epistola, ubi Concilium eum fides custodem, & sancti Petri interpretem appellat; Quam, inquit de fide loquens, ex præcepto Legislatoris venientem usque ad nos ipse servasti, vocis beati Petri omnibus constitutus interpretes. Non est supervacaneum pronomen, ipse, indicat enim, Romanum Pontificem specialiter esse vocatum à Christo fidei custodem, & vocis beati Petri omnibus constitutum interpretem. Statim autem Concilium proficitur se, sancto Leone Authore, Antilite, sive Præsidente, ea enim est vocis græcæ significatio, veritatem fidelibus ostendisse. Unde & nos te ut Ducem utiliter habemus Ecclesiæ filijs hereditatem, sortemque veritatis ostendimus. . . quibus tu quidem sicut membris Caput præeras, in his, qui tuum tenebant ordinem, benevolentiam præferens. In 3. parte Ag. Concilij Chalced. cap. 2.

Eam Romani Pontificis dignitatem, & autoritatem generatim explicat beatus Petrus Chryzologus Episcopus Ravennas litteris ad Eutychem in 1. par. Ag. ejusdem Concilij rescriptis; Quoniam beatus Petrus, qui in propria Sede vivit, & præsidet, præstat querentibus fidei veritatem. Quomodo vivit, & præsidet in propria Sede, nisi quia, ut supra notavimus, ejus Successor, in fidei veritate toti Ecclesiæ exponenda, indeficienter gaudet, si-

cut ille, Spiritus sancti auxilio, & ductu præstat querentibus fidei veritatem.

Agatho Papa suum de rebus fidei iudicium etiam ante Concilij Universalis acceptationem, irreformabile esse non dubitabat; quandoquidem Legatos ad Concilium sextum Generale mittens, in secunda, quam ad Imperatorem Constantinum rogatum ejusque fratres Heraclium & Tiberium scripsit, epistola, quæ in Ag. 4. Concilij recitata fuit, audacter, ac securè pronuntiat, se suis Legatis mandasse, non ut quæ ipse cum suo Concilio declaraverat, tanquam dubia, & incerta examinarentur, sed ut certa, & immutabilia publicarentur. Personas, inquit, prævidimus dirigere, non tamen tanquam de incertis contendere, sed ut certa, atque immutabilia compendiosè definitione proferre. Mox condemnationis sententiam profert in eos, qui tradita à se doctrinæ contradicerent; Qui verò hæc confiteri noluerint, ut insectos Catholica, atque Apostolica confessioni, perpetuæ condemnationis reos esse censemus. Quis ita, nisi vel imprudentissimus, vel de suæ veritate sententiæ certissimus, loqui audeat, à Concilio Oecumenico, si falsa proferret, vel injusta, mox redarguendus? Numquid autem Summus ille Pontifex Concilio visus est, nimiam sibi tribuisse autoritatem? Ejus doctrinam non solum ut veram, sed etiam tanquam à Spiritu sancto dictatam, & à beato Petro prolatam se suscipere declaravit, primò Dometius Episcopus Præsidens his verbis: Suggestionibus directas à Patre nostro Agathone sanctissimo Archiepiscopo Apostolica, & principalis sedis antiquæ Romæ, tanquam ex Spiritu sancto dictatas per os sancti, ac beatissimi Principis Apostolorum Petri, & digito prædicti beatissimi Papæ Agathonis scriptas suscipio, & amplector, & ita credo, ita sentio. Totum deinde Concilium sententiam Agathonis in prædicta epistola contentam amplexum est, & Macharium Patriarcham Antiochenum eam admittere reculantem deposuit.

In prima verò epistola docet apertissimè Agatho, Ecclesiam Romanam, non solum in fide non deficere, sed ejus etiam esse, reliquos omnes in fide confirmare. Spirituales oves Ecclesiæ, inquit loquens de beato Petro, ab ipso Redemptore omnium ternâ commendatione pascendas suscepit, cujus anniente præsidio, hæc Apostolica ejus Ecclesiæ nunquam à via veritatis in qualibet erroris parte deflecta est, cujus auctoritatem, supote Apostolorum omnium Principis, semper omnis Catholica Christi Ecclesiæ, & Universales Synodi fideliter amplectentes, in cunctis secuta sunt, omnésque venerabiles Patres Apostolicam ejus doctrinam amplexi, per quam & probatissima Ecclesiæ Christi lumina claruerunt, & sancti quidem Doctores Orthodoxi venerati, atque secuti sunt. Hæretici autem falsis criminationibus, ac derogationum odijs insecti. Et quibusdam interjectis: Hæc est enim veræ fidei regula, quam & in prosperis, & in adversis vivaciter tenuit, ac defendit hæc spiritualis Mater vestri tranquillissimi imperij, Apostolica Christi Ecclesiæ, quæ per Dei Omnipotentis gratiam à tramite Apo-

Aaaa

Stolica

folica traditionis nunquam errasse probabitur, nec hæreticis novitatibus depravata succubuit. Sed ut ab exordio fidei Christianæ percepti ab Authoribus suis Apostolorum Christi Principibus, illibata fide tenus permanet, secundum ipsius Domini Salvatoris pollicitationem, quam suorum discipulorum Principi in sacris Evangelij fatuus est: Petre, Petre inquis, ecce Iathanas expevit, ut eribraret vos, sicut qui cribrat triticum: ego autem pro te rogavi, ut non deficiat fides tua; & tu aliquando conversus confirma fratres tuos. Consideret itaque vestra tranquilla Clementia, quoniam Dominus, ac Salvator omnium, cuius fides est, qui fidem Petri non deficiam promissit, confirmare cum fratres suos admonuit, quod Apostolicos Pontifices meæ exiguitatis Prædecessores confidenter fecisse semper, curâ est cognitum. Non ergo pro Iolo Petro, sed pro Petri successoribus rogavit Christus, ne deficeret eorum fides, ut scilicet possent fratres confirmare, si quando in fide vacillarent.

20. Utamque autem epistolam, quomodo exceperit Concilium, testati sunt non solum singillatim aliqui Episcopi, sed ipsismet Concilium univertum, non solum nihil adversus testimonia in favorem sanctæ Sedis prolata excipiens, sed & submissionem significans his verbis; Sancta & universalis Synodus suscipiens & expansis manibus amplectens tam suggestionem, quæ à sanctissimo, ac beatissimo Agathone Papa antiquæ Romæ facta est. . . . adeoque amplexa est, & alteram Synodalem suggestionem, quæ missa est à sacro Concilio, quod est sub eodem sanctissimo ac beatissimo Papa, &c. In epistola ad eundem Agathonem; Tibi ut primæ Sedis Antistiti universalis Ecclesiæ, quid agendum sit, relinquimus, stanti super firmam fidem Petram, libenter perlectis veræ confessionis litteris à vestra Beatitudine ad piissimum imperatorem missis, quas ut à Summo Apostolorum vertice Divinè perscriptas agnoscimus, per quam exortam nuper multiplicis erroris hæreticam sectam depulimus. Confer illa cum ijs, quæ supra ex alijs Concilij regulimus, & observabis, quantum inter se concordent in veneranda fidei beati Petri soliditate, ejusque Successoribus illius Apostoli Romanis Pontificibus agnoscenda continuatione. Sed progrediamur ulterius, ut veluti perpetua texatur Traditionis series.

## S. II.

Adversariorum argumenta à Launoio præcipue reproducta, & ab Authore tract. de libert. Ecclesiæ Gallicanæ lib. 7. cap. 15. & 16. discossa referuntur cum suis responsionibus, & conclusione super ijs reflexiva.

## ARGUMENTUM I. Launoij.

II. Iohannes Launoius par. 5. epist. 1. conatus est S. Stephanum non minus, quam S. Cyprianum in errore circa Baptisma hæreticorum versatum probare; quia scilicet sicut iste nullorum, sic ille omnium omnino hæreticorum Baptisma probabat, modò Christi Ba-

ptisma esset. Hoc autem sic ostendere nititur; Sanctus Augustinus in lib. de unic. Baptismo cap. 14. asserit, quod Stephanus Baptisma Christi in nullo iterandum esse censerebat, & hoc sententiam graviter succensebat. In libro autem 3. contra Donatistas cap. 15. Quod si Evangelicis verbis in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, Marcum Baptisma consecratur; integrum erat Sacramentum. Sanctus verò Cyprianus, inquit Launoius epistola ad Tubasianum scribit, Marcianum non baptizasse in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. Ex quibus concludit; Quapropter nemini mirum videri debet, Dolorem sanctum (loquitur de B. Augustino) Romano Pontifici indeficientis iudicij privilegium nusquam adscribere, nec illum pro supremo, vel ultimo controversiarum fidei Iudice habere. Quippe Iudex talis nusquam errare debet, ut Stephanum hæc in re errasse Augustinus significat, consentiens, Baptisma, qui verbis Evangelicis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti non consecratur, cassum & irritum esse, contra quem Stephanus in epistola ad Africanos decreverat.

## Responsio.

AUthor tract. de libert. Eccles. Gallic. tit. cap. 15. solidissime respondet primò falsum esse, sanctum Augustinum contempsisse, aut saltem significasse, Baptisma, qui verbis Evangelicis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti non consecratur, cassum & irritum esse. Dicit quidem Augustinus loco supra citato, Baptisma, si ita consecratur, integrum esse Sacramentum, non tamen negat, Baptisma in nomine Christi collatum valere, quæ duo valde diversa sunt, sciebat enim Magistrum suum S. Ambrosium lib. 1. de Spiritu sancto cap. 3. quem postea plures secuti sunt, quos citat Bellarminus de Baptismo l. 1. cap. 3. validum putasse. De hujus sententiæ veritate non est modò quaestio, (eam optimè tractavit Bellarminus loco citato) sed de sancti Augustini testimonio.

Secundò. Falsum est, sanctum Stephanum docuisse, Baptisma sine expressa invocatione sanctissimæ Trinitatis valere. Contrarium testatur Firmilianus in epistola ad S. Cyprianum, inter cujus epistolas est ordine 75. in edit. Pam. & Rigal. Refertur etiam à Philippo Labbeo tomo. 1. Concilior. Sic enim scribit Firmilianus Cæsareæ Cappadocum Episcopus de S. Stephano, & alijs, qui sancto huic Pontifici consentiebant: Illud quoque absurdum, quod non putant querendum esse, quis sit ille, qui baptizaverit, eò quod qui baptizatus sit, gratiam consequi poterit, invocata Trinitate nominum Patris & Filij, & Spiritus sancti. Quibusdam interjectis, addit: Non omnes autem, qui nomen Christi invocant, audiri, & invocationem suam consequi aliquid gratia posse; Dominus ipse manifestat dicens; multi venient in nomine meo dicentes; Ego sum Christus, & multos fallent. Nulla quippe differentia est inter Pseudopropheta & Hæreticum. Nam ut ille in nomine Dei, aut Christi, ita iste in Sacramento Baptismi fallit. Ex quibus colligitur, illum invo-

invocationem Christi, de qua in hac materia fiebat sermo, supposuisse invocatum Trinitatem nominum Patris, & Filij, & Spiritus sancti, ut qui baptizabatur, gratiam consequi posset.

15. Etenim sanctus Stephanus nihil innovandum statuerat: atqui certissimum est, Baptismum cum invocatione Trinitatis conferri solitum, hæc enim est antiquitas, quam retentam fuisse studio præsertim S. Stephani, docet Vincentius Lerinensis infra citandus. Id etiam constat ex tractatu, cuius titulus est: Non debere denuo baptizari, qui semel in nomine Domini nostri Jesu Christi, sunt tincti. Extat tomo 1. Concilii Philippi Labbei ante Conciliū Carthagenicū tertium sub S. Cypriano habitum; eumque prædictus Labbeus ex ditione conjicit, Authoris esse ab ævo Cypriani parum distantis. Habetur etiam inter opera S. Cypriani editi Rigaltij. Hæc sunt verba illius Authoris ante medium tractatus: Nec asimes, hinc tractatu contrarium esse, quod dicit Dominus: Ite, docete omnes gentes; tingite eos in nomine Patris & Filij, & Spiritus sancti. Quia cum hoc verum & rectum, & omnibus modis in Ecclesia observandum sit, & observari quoque solitum sit &c. Atqui sanctus Stephanus, quod in Ecclesia observari solitum erat, omnibus modis observandum volebat. Prosequitur autem continuò Author: Et tamen considerare oportet, quòd invocatio nominis Jesu non debet à nobis furtim videri &c. Non ergo invocatio Trinitatis, & invocatio Christi se mutuo excluderent.

16. Eusebius lib. 67. hist. Eccles. cap. 3. S. Stephani consilium exprimit his verbis: Verum Stephanus nihil adversus traditionem, quæ jam inde ab ultimis temporibus obtinuerat, innovandum ratus, gravissimè id tulit; scilicet, ut rebaptizarentur ij, qui ab hæreticis baptizati fuissent, juxta traditionem, quæ jam inde ab ultimis temporibus obtinuerat, secundum quam expressè invocanda erat sanctissima Trinitas.

17. Si quando igitur S. Stephanus de Baptismo loquens Christi mentionem fecerat. Nunquam tamen docuerat, Baptismum per solam invocationem Christi valere, absque invocatione trium personarum sanctissimæ Trinitatis; nec id de eo scripsit S. Cyprianus; nec etiam tradidit Marcionis Baptisma eo tantum fieri modo solitum, ut ex ejus approbatione illa Stephani opinio colligi possit. Christi ergo mentio eò pertinebat, ut assereretur Baptisma Christi, hoc est, à Christo institutum, ac juxta formam ab eo præscriptam, & in ejus nomine collatum, ab ipso virtutem habere, à quo eoque conferretur; Nec querendum esse, ut referebat Firmilianus, quis esset ille, qui baptizasset, eò quòd qui baptizatus esset, gratiam consequi potuisset invocata Trinitate. Sanctus quidem Cyprianus epistola ad Iubaianum hæc scripsit, quæ opponit Launoius: Quomodo ergo quidam dicunt foris extra Ecclesiam, imò & contra Ecclesiam, modò in nomine Jesu Christi ubicunque, & quomodocunque gentilem baptismum remissionem peccatorum consequi posse, quando ipse Christus gentes baptizari jubet in plena & adanata Trinitate? Verum hæc verba non signifi-

cant, omissem fuisse invocationem sanctissimæ Trinitatis, sed baptizantibus ac baptizatis defuisse veram fidem Trinitatis, atque ideo Christi nomen non potuisse vim Baptismo conferre.

18. Is Cypriani sensus præter illa, quæ jam diximus, colligitur ex eo, quòd in tota illa epistola vim facit in fidei rectæ defectu. Ita cum post initium epistolæ dixisset; De Marcione interim solo, cujus mentio in epistola ad te per nos transmissa facta est, examinemus, an possit ejus Baptismatis ratio censeri? Dominus enim post resurrectionem discipulos suos mittens, quemadmodum baptizare deberent, instituit, & docuit dicens: Data est mihi omnis potestas in celo & in terra. Ite ergo & docete omnes Gentes baptizantes eos in nomine Patris & Filij, & Spiritus sancti. Insinuat Trinitatem; cujus Sacramento Gentes baptizantur. Sublinit, non negando, Marcionem ita baptizasse, sed cum malè de Trinitate sentiret, utiliter baptizare potuisse. Numquid hanc Trinitatem Marcion tenet? Numquid eundem asserit, quem & nos Patrem Creatorem? Numquid eundem unum filium Christum de Maria Virgine natum, qui sermo caro factus sit? Qui peccata nostra portaverit &c. Ex quibus verbis & historia Ecclesiastica constat, Marcionem circa Christum errasse, sicut circa alias sanctissimæ Trinitatis personas; atque adeò non est, quòd credamus, ipsum in nomine solius Christi potius, quàm in nomine totius Trinitatis baptizasse.

19. Præterea (quod in Launoijs Dialecticà argumentum est efficacissimum) S. Augustinus in eo ipso loco, quem ipse refert, ex libro de unico Baptismo cap. 14. non dicit, S. Stephanum tenuisse, valere Baptismum in solius Christi nomine collatum; sed (quod plus quàm negativum argumentum est) quòd Stephanus Baptismum Christi in nullo iterandum esse censebat, & hoc faciens graviter succensebat, Quinam autem est Baptismus Christi, nisi quem Christus instituit, & cujus formam præscripsit?

20. Denique, si Launoius S. Stephanum errasse contendat, necesse est, ut ejusdem erroris conscium, ac reum faciat ipsum S. Augustinum, cujus testimonio illius errorem probare nititur. Nam S. ille Doctor propugnavit adversus S. Cyprianum, Baptismum in nomine Christi datum, quem S. Stephanus adversus eundem defenderat, ut legere est in libris de Baptismo contra Donatistas, in quorum §. 3. 4. & 5. confutatur epistolæ ad Iubaianum & ad Pompejum, quibus utitur Launoius. Præcipue autem lib. 4. cap. 10. respondet his Cypriani verbis epistolâ ad Iubaianum contentis; Aliud est, eos, qui intus in Ecclesia sunt, de nomine Christi loqui: aliud eos, qui foris sunt, & contra Ecclesiam faciunt, in nomine Christi baptizare. Libro autem quinto cap. 13. S. Stephani mentem & exponit, & confirmat. \* Qui utique Stephanus, inquit, non propterea communicavit hæreticis, quia Baptisma Christi, quod in eorum pervertitatem integritatem mansisse cognovit, improbare non ausus est. Ecce quod erat illud Baptisma hæreticorum, quod



S. Stephanus non improbabat; scilicet quod in eorum perversitate integrum mansisse cognoverat. Quomodo ad ista cecurijt Launojus? Nimirum vehementi ad deprimentam sanctæ Sedis dignitatem studio excæcatus. At addit Augustinus; *Apostoli autem nihil quidem exinde præceperunt, sed consuetudo illa, quæ opponebatur Cypriano, ab eorum traditione exordium sumpsisse credenda est; sicut multa, quæ universa tenet Ecclesia.* Non errabat ergo Stephanus illam consuetudinem servans, & servari præcipiens, quæ ab Apostolis orta fuerat.

21. Oculatior fuit Launojus in detegendo Stephani errore, quam Centuriatores Magdeburgenses, qui tantâ curâ in Pontifices inquisiverunt, ut haberent, quod objicerent. Sanctum enim Stephanum prætermiserunt, non omittendi, si quid erroris in eo prætexere potuissent; cum tot alios injustè acculaverint. Pudeat hodie acculare erroris, Catholicum Pontificem, quem non solum moderni hæretici silentio, sed etiam antiqui elogio commendârunt. Nam illud ipsum *cap. 14. lib. 1. S. Augustini de unico Baptismo* contra Petilianum Donatistarum Episcopum Constantiensis, quod citat Launojus, sic incipit; *Sed volo, solvat mihi istam questionem: quando quidem cum Romanæ Ecclesiæ per ordinem commemoraret Episcopos, inter eos commemoravit & Stephanum, quos Episcopatum illibate gessisse, confessus est. Cum ergo Stephanus non solum non rebaptizet hæreticos, verum etiam hoc facientes, vel, ut fieret, decernentes, excommunicandos esse censeret, sic aliorum Episcoporum, & ipsius Cypriani litteræ ostendunt, tamen cum eo Cyprianus in unitatis pace permansit.* Gessit ergo illibate Stephanus Episcopatum, ac nonnisi calumniosè potest accusari.

#### ARGUMENTUM II. Launoij.

22. IN Honorium I. frequentius convertitur, & validius infigitur Launoij stylus, ac si Pontifex ille concors fuisset erroris Monothelitarum, consentiendo cum Pyrrho Patriarcha Constantinopolitano.

#### Responsio

23. PRÆfactus Author *de libert. Eccles. Gallic. dicto lib. 7. cap. 16. à n. 2.* ita respondet. Si Launojus eruditissimi Patris Sirmundi, cui multum se debere fateatur, ob eam nimirum causam, quam notat Ludovicus Moreri in suo magno Dictionario Gallico, scilicet, quod eum tanquam Magistrum habuerit artis censoriæ, seu criticæ, si, inquam, discipulus Magistri pium erga sanctam Sedem affectum imitatus fuisset, Honorium ab omni erroris labe purum præstitisset. Nam quæ Pater Sirmundus monumenta ab Anastasio collecta edidit, certa sunt illius Pontificis fidei testimonia. Si testes eò majorem faciant fidem, quò & res, quas narrant, certius nõ unt, & ob vitæ integritatem, pietatem ac sanctitatem à mendacio magis abhor-

rent, duæ illæ conditiones in ijs eminuerant, qui pro Honorio adducuntur.

Joannes IV. Papa zelo fidei, misericordiæ erga pauperes, constantiæ & vitæ sanctitate conspicuus, triennio post obitum Honorij Apologiam scripsit pro eo, quia Pyrrhus Patriarcha Constantinopolitanus hæresis suæ fautorem extitisse falsò assererat, in qua quidem Apologia Ioannes explicat mentem Honorij, quam ostendit à Monothelitarum errore valde fuisse diversam.

Eam autem interpretationem Ioannes non pro suo erga Honorium affectu excogitaverat; sed ab eo ipso, qui Honorio ab epistolis fuerat, qui illas ipsas scripserat, quas Pyrrhus pro se interpretabatur, quique doctrinâ, & pietate totum Occidentem, teste S. Maximo, illustrabat, diligenter sciscitatus erat veram distantis sententiam.

Sanctus erat Maximus, qui Honorium tum in disputatione cum Pyrrho, tum in duobus epistolis paucis post annis defendit, atque adeò nimio erga Ecclesiam Romanam studio minime excæcatus. Coartatus erat, & partem eorum, quæ referebat, suis ipectaculis viderat, atque adeò veritatis bene conficius.

Satis quoque Launoio fuissent hæc testimonia, si Honorium defendendum suscepisset, ut eum innoxium demonstraret, & ea dilueret, quæ Summo illi Pontifici opponit *epist. 1. to. 3. & alibi*; præsertim cum testimonia prædicta omnibus, quæ adversus Pontificem illum proferuntur, antiquiora sint. Imò sufficisset silentium illustrium Scriptorum satis antiquorum v. g. Pauli Diaconi Aquilejensis, Theophanis, Georgij Monachi. Est enim illi admodum familiare illud argumenti genus, sed eam laudem non ambibat: ad oppugnandum, non ad propugnandum proclive erat ejus ingenium. Cumque receptis communiter opinionibus bellum frequentius indiceret, conjecturis supradictorum testimoniorum robore longè inferioribus uti cogebatur; quas tamen eum demonstrationes habebat.

#### ARGUMENTUM III.

IOANNES Launojus Liberij etiam exemplum commemorat, ac si Arianorum hæresi sobrius scripserat, teste Athanasio in *epist. ad solitariam vitam agentes*, & Hieronymo in *chronica*.

#### Responsio.

PRÆfactus Author *traçt. de libert. Eccles. Gallic. cit. cap. 16. à n. 7.* ita respondet. Liberius peccavit quidem, ut verisimilius apparet: non tamen aliquid fidei contrarium Ecclesiæ credendum proposuit. Certè, qui Summo Pontifici negant non erandi privilegium, quia Liberius exilij ærumnarum peccatus S. Athanasij condemnationi & formulæ fidei veritatem integram non explicanti, sed falsi nihil continenti subscripsit, pari ratione Concilia Generalia obnoxia fateri cogetur,

gentur, quia Concilium Ariminense Arianis ita favit, ut totus pæne orbis Christianus miraretur, se esse Arianum, & secundum Concilium Ephesinum S. Flavianum Episcopum Constantinopolitanum à sua dignitate deiecit; Eutychem hæresiarcham ob hæresim à Flaviano Synodicè dejectum restituit, ejusque errori, non rejecto mutilo symbolo, patrociniatum est. Si autem Arimini, & Ephesi vim factam Episcopis, etiam verè Catholicis, fuisse respondeas: adeoque Concilio Oecumenico non esse tribuenda illorum gesta: similiter etiam, quæ à Liberio fidem integram interius servante, extorta sunt, non debent ipsi, nisi ut privatæ personæ adscribi, quam à peccato tutam non facit Dignitas.

30. Peccatum autem Liberij alicujus hæresis promulgationem, aut etiam professionem non fuisse constat: quia fidei formula, cui subscripsit, nullum exprimebat errorem. Vide, quæ optimè notavit Joannes David Doctor Gallicanus *dissertatione de judicij Canonici Episcoporum cap. 7. art. 3.* Sed, ut jam diximus, neque istum, neque alium quemquam Pontificem aliquid fidei contrarium, tanquam de fide credendum proposuisse, plures ostenderunt, quæ à Launoio vel solo, vel diligentius notata sunt.

31. Rem hanc accuratius expendit Author *Regalis Sacerdotij lib. 3. §. 9. n. 8.* Totam Liberij culpam, inquiens, hanc fuisse; quod tædio pœnarum, exiliique, & spe repetendæ summæ dignitatis victus, primæ fidei formulæ, quam Sirmij ediderant Ariani, subscripsit, & in damnationem Athanasij consenserit. Hoc solum, & totum Liberij crimen, nec ab ullo Scripturum aliud memoriæ proditum est. In eodem Sirmensi Concilio *secunda* formulæ confessionis concepta est impia omnino & blasphemæ plena, in qua Dei Filius nec ejusdem cum Patre substantiæ, nec similis esse dicitur: huic *secundæ* Hostus Episcopus Cordubensis extremam jam senectute, vi & tormentis adactus subscripsit. Hujus *secundæ* formulæ adeo ipsos Arianos puduit, ut in Concilio Ancyrano *tertiam* ediderint, Catholicæ omnino simillimam, nisi quod vocem *Consubstantialis* ommitterent, hanc Constantius amplexus est, & *secundam* suppressam, expunctamque voluit. Ita scribunt S. Athanasius *de Synod. Socrates lib. 2. cap. 29.* S. Hilarius *lib. de Synod. Epiphanius hæres. 73.* Forma igitur professionis, cui Liberius subscripsit, licet vocem *Consubstantialis* silentio pmereret, fuit planè Catholica, in qua Photini hæreses damnabantur, in qua Filius ejusdem cum Patre substantiæ dicebatur, quam ipse S. Hilarius exponens, Catholicam esse fateatur, idemque asserit Vigilius Episcopus Trident. adversus Eutychem *l. 5.* Et Liberius in litteris, quas ad Orientis Episcopos dedit, se ideo cum Ursacio, & Valente communicasse dicit, quod eorum fidem agnovisset Catholicam, alienamque ab Arianorum perfidia. Imò Augustinus tantus Arianorum hostis, adversus Pascencium Arianum agens, se illius fidei subscripturum spondet, si nihil aliud

fidei Catholicæ veritati contrarium inveniat, quam quoddam vocem *Consubstantialis* omittat *epist. 174.* & tamen hanc solam Liberius omitti passus est; cur ergo silentio, & quidem pœnis expulso, unius vocis hæreticus? præsertim cum non prius Sirmio Liberius ex-cesserit, quam Arianam hæresi, illisque, qui negarent filium substantiæ reliquisque Patri similem esse, damnatis, teste Sozom. *l. 4. c. 14.* Cum ergo formula Sirmienis, cui subscripsit Liberius, nullam hæresin professa fuerit, & Episcopi, cum quibus communicavit, id ipsum credere dicerent, quod in illa continebatur, ex quo tandem capite Liberium hæresis accuset? de cujus in vera fide constantiâ, contemptoque munerum sibi à Constantio Augusto oblatorum, vide Theodoretum *lib. 2. cap. 22.*

32. Cur ergo, inquit, S. Hieronymus alijque Liberium hæreticæ pravitate subscripsisse dicunt? Quia condemnationi Athanasij assensus est, cujus causa adeo cum fide conjuncta fuit, ut idem videretur, Athanasium condemnare, ac fidem prodere: Quia vocem *Consubstantialis*, quæ tessera Catholicorum, erat omitti passus est: Quia cum Arianis communicavit; ubi quidem multum, graviterque à Liberio peccatum est, sed extra naufragium fidei: quemadmodum non ideo Lutheranus est, qui cum Lutheranis communicat. Sed hanc quoque maculam Liberius exterisit, cum rescissis damnatisque Arimiensis Concilij Actis, Sede iterum pulsus, ærumnisque confectus, in sepulchris delituit, multisque propterea encomijs à SS. Patribus laudatus est. Vide Sozom. *l. 4. c. 10.*

33. Denique etiam si concesserimus formulam, cui Liberius subscripsit, hæreticam fuisse, quid denique contra nostram sententiam sequitur? Aliud enim est hæresi subscribere, aliud hæresin docere: & quemadmodum Petrus cum Christum negavit, aut Marcellinus cum idolis thus incendit, non propterea ex Cathedra sententiam tulit, deciditque Christum negandum, idolis adolendum esse; ita nec Liberius. Nec nos Pontificem metu vinci posse, ut hæresi subscribat, & cum hæreticis communicet, negamus, sed non posse hæresin à Cathedra Ecclesiam docere, & fidei libus errorem pro veritate credendum imponere: hoc nec Liberium, nec ullum Pontificem fecisse, facturumque contendimus.

ARGUMENTVM IV.

34. Idem Launoius *epist. 1. to. 3.* ostendere nititur, vel Bonifacium VIII. vel Clementem V. errasse, quia Clemens V. constitutionem Bonifacij, quæ incipit: *Vnam sanctam* nullius esse, aut futuram roboris, & autoritatis, decernit *in Cap. Meruit.*

Responsio.

35. Præfatus Author *de libert. Eccles. Gallic. cit. cap. 16. n. 9.* responderet, falsum esse, quod Clemens V. *in Cap. Meruit.* decreverit, constitutionem Bonifacij VIII. *Vnam sanctam* nullius esse.

ARGUMENTVM III.

nes Launoius Liberij etiam meminit, ac si Arianorum esset, ille, teste Athanasio in *epist. ad Rom. agentes*, & Hieronymum

Responsio.

estus Author *tratt. de libert. eccles. cap. 16. n. 7.* ita respondet: peccavit quidem, ut veritas in tamen aliquid fidei communi credendum proposuit. Cui Pontifici negant ostentat quia Liberius ex illius constitutione Athanasij condemnationem à integritate integram non ostendit, nihil condonans subscripsit, per Concilia Generalia obnoxia hæreticis

us esse roboris. Declaravit enim duntaxat, se nolle Regi, aut Regno Francorum per dictam constitutionem aliquod præjudicium generari, aut amplius Regem, vel Regnum, quam antea Ecclesiæ subjeci. Notentur hæc verba, amplius, quam antea. Hinc est (inquit) quod nos dicto Regi & Regno per definitionem, seu declarationem bonæ memoriæ Bonifacii VIII. Prædecessoris nostri, quæ incipit: Unam sanctam, nullum volumus, vel intendimus præjudicium generari. Nec quod per illam Rex, Regnum, Regnicolæ prælibati amplius Ecclesiæ sint subiecti, quam antea existebant. Sed omnia intelligantur in eodem esse statu, quo erant ante definitionem præfatum, tam quantum ad Ecclesiam, quam etiam quoad Regem, & Regnum superius nominatos.

ARGUMENTUM V.

36. DICTUS Launoius imponit Joanni XXII. quasi definerit, animas corpore exutas non nisi post iudicium finale Deum intuitivè visuras.

Responsio.

37. PRæadductus Author de libert. Eccles. Gallic. dicto cap. 15. à n. 10. respondet in hæc verba. Nescio, quâ fide possit Joanni XXII. invidia consilari, quali definerit, animas corpore exutas non nisi post iudicium finale Deum intuitivè visuras, cum ipse tam aperte negaverit controversiam à se definitam. An solemniter definitio à Summo Pontifice ita fit, ut Ecclesiam lateat; cui nisi proponatur ut fide Divinâ credenda, solemniter haberi non debet? Mentem suam declarat Joannes epist. 1. Ne super his, quæ de animabus separatis à corpore & purgatis, an citra resurrectionem corporum, Divinam essentiam visione illâ videlicet, quam vocat Apostolus faciem, videant, tam per nos, quam per nonnullos alios in præsentia nostra, recitando & allegando sacram Scripturam, ac originalia, & dicta Sanctorum, vel aliâs ratiocinando, sæpius dicta sunt, aliter, quam per nos dicta & intellecta fuerant, intelligantur, ac dicantur, & auribus fidelium valeant inculcari: ecce quod nostram intentionem, quam circa statum animarum separataram habemus, & habuimus, serie præsentium declaramus. Fatemur siquidem, & credimus, quod anima purgata separata à corporibus, sint in celo, calorum regno, & Paradiso cum Christo in consortio Angelorum congregata. & videant Deum facie ad faciem, & Divinam essentiam clarè, in quantum conditio & status patitur animæ separate.

38. Si quis autem Joanni ipsi asserenti, se contrarium antea non dixisse, nisi forte recitando, & allegando sacram scripturam, ac originalia, & dicta Sanctorum, vel aliâs ratiocinando, fidem adhibere dubitet, confirmabitur testimonio Doctorum Parisiensium tunc temporis à Rege Francorum Philippo VI. seu Valesio consultorum Ipsienim, cum sententiam suam proponere vererentur ob debitam Summo Pontifici reverentiam, eò tamen adducti sunt, Advertentes, inquit, quod multorum fide dig-

norum relatione audivimus, quod quidquid in hæc materia Sanctitas sua dixit, non asserendo, sed opinando protulerit, sed solummodo recitando. In hist. Universit. tom. 4. ad annum 1332.

ARGUMENTUM VI.

Idem Launoius contendit, Iulium II. errasse, quia definerit, Simoniam veram atque indubitam hæresin esse, & Papam Simoniacè electum non hæreticum modò, sed hæresiarcham esse.

Responsio.

PRæallegatus Author de libert. Eccles. Gallic. n. 12. respondet, quod Iulius in ea constitutione, quam sine dubio intelligit Launoius, quæque incipit: Cum tam Divini &c. nihil definerit de Simonia. Est enim illius constitutionis scopus, impedire, ne Summus Pontifex Simoniacè eligatur. Eà occasione s. i. hæresis Simoniacæ meminit, non deficiens, Simoniam esse hæresin, sed eam illo nomine notans, quo in jure Canonico passim insignitur. Non definit etiam, Papam Simoniacè electum hoc ipso fore hæresiarcham, sed eisdem pœnis plectendum, quibus, si hæresiarcha existeret. Si contigerit, inquit, electionem Romani Pontificis per Simoniacam hæresin celebrari. . . . . Electus non Apostolicus, sed Apostolicus, & tanquam Simoniacus (vel Simoniacus) & hæresiarcha, & ad prædicta omnia, & singula perpetuo inhabilis habeatur & sit. Verbum illud sit, refertur, ut patet, ad verbum, inhabilis, non autem ad verbum hæresiarcha. Voces autem tanquam & habeatur, aperte declarant, Iulium nullam hęc definitionem constituisse circa hæresin Papæ Simoniacæ, nisi forte definitionem appelles simplicem nomenclationem in iure usitam; sicut non defuit, huiusmodi Pontificem Simoniacè electum fore Magum, Ethnicum, & Publicanum, licet s. 3. permittat, eum ut Magum, Ethnicum, Publicanum, & hæresiarcham evitari.

ARGUMENTUM VII.

I. Aunoius pluribus in locis, præcipue epist. 5. ta. 5. Sixti V. exemplum profert ad probandum, posse Summos Pontifices errare. Verba Sixti V. à Launoio in hunc finem prolata ita se habent: Illud sanè certum, atque exploratum esse volumus, nostros hos labores (in emendandis Biblijs) eò nunquam spectasse, ut nova editio in lucem exeat, sed ut vulgata vetus ex Tridentinæ Synodi præscripto emendationi, pristinaque suæ puritati, qualis primum ab ipsius Interpretis manu, styloque prodierat, quoad eius fieri potest, restituta imprimatur. Super quibus verbis Launoius isthanc depromit glossam: Verba hæc, inquit, vixim sibi præfidentem, & de Bibliorum emendatione perfectissimâ securum obducunt. At neque Bibliorum editio, neque Sixti diplomata suppressa essent, nisi errasset.

Re.

Responsio.

42. A Uthor prælati tract. de libert. Eccles. Gall. cap. 16. n. 14. respondet. Hæc Launoij verba sui scriptore & Pontificæ dignitati insensum, & præ nimio illam persequendi ardore excæcatur objicere. Quam enim ex his Sixti verbis significant, ipsum de Bibliorum emendatione perfectissima securum? An quia Pontifex declarat, se eò spectasse, asserit etiam pervenisse? Sempere, qui ad aliquem scopum se tendisse affirmat, confidit etiam, se eum attingisse? Quin etiam, si Sixtus declarasset, Bibliorum emendationem perfectissimam assecutum, ea verba de fidei certitudine nullatenus intelligi possent, sed tantum de morali, quæ post adhibitam accuratam diligentiam haberi potest. Non enim aliter accipi possunt illa verba, quoad ejus fieri potest, quam, ut indicent, id cum absoluta securitate asseri non posse.

43. A: inquit Launojus, neque Bibliorum editio, neque Sixti diploma suppressa essent, nisi Sixtus errasset. Quali verò error sola supprimendorum Actorum causa sit. Emendaverat Sixtus V. editionem vulgatam peritissimorum virorum operâ usus. Emendationem illam, quamvis admodum utilem, ad perfectiorem statum, sive repertis novis Codicibus, sive habitâ aliorum virorum peritissimorum copiâ, perducere posse animadvertens Clemens VIII. editionem Sixti non suppressit; sed eam perficiendam, priusquam publicaretur, curavit, quam ob rem in lucem deinde fuit emissa, præfixis & Sixti & Clementis nominibus; ut videre est in varijs editionibus exinde factis cum alibi, tum in Gallia.

44. Subdit tandem præfatus Author præf. n. 16. Quis, ajens, cum voluptate non contempletur Launoij inter tot conatus ad abrogandam Papæ infallibilitatem, tam diligenter, tamque frequenter Adriani VI. auctoritatem jactare? quasi ceteri Pontifices quamplurimi errassent, & omnes errare potuissent in proponenda Ecclesiæ universæ fidei doctrina; solius autem Adriani privati adhuc Doctoris, & antequam de Pontificatu vel ipse, vel alius pro eo cogitaret, infallibile fuisset judicium. At Pontifex factus sententiam non retractavit. Tot, tamque gravibus negotijs & curis distentus fuit per illud tempus aliunde satis breve, quo Ecclesiæ clavum tenuit, ut mirum non sit, eum de corrigendis Commentarijs Scholasticis minimè cogitasse. Sed etiam si pristinam retinuisset sententiam, num ideo vinceret Launojus? An privata Pontificis opinio solemnem definitionis loco habenda esset? An in deneganda sibi infallibilitate solum infallibilis existimandus esset Pontifex?

Objectiones Adversariorum conflatae exemplarium Pontificum exemplis confutatis ab Authore Regalis Sacerdotij cit. lib. 3. §. 9.

45. Objici namque solet ab Adversarijs I. Zephyrinum Papam e mentis à Montano vaticinijs, ac miraculis captum, eidem communicasse; uti testatur Tertullianus lib. adver-

sus Praxeam cap. 11. Verum dictus Author Regalis Sacerdotij 46. ibi n. 7. respondet. Tertullianum Montanistam fuisse, tantumque illi credendum, quantum Calvinistæ, aut Lutherano sacras Litteras pro se afferentibus, maxime cum præter Tertullianum, nemo alius id scribat. Deinde ex Eusebio l. 5. c. 2. sciendum est, Montanistas prius, quam eam hæresin incidissent, viros fuisse insigni pietate, miraculis, & vaticinijs claros, adeo, ut etiam in hæresin prolapsi, hanc multis sanctisque viris impolueriat, teste eodem Eusebio: præferebant insignem pietatem, martyria, jejunia, & quidquid apud Catholicos in pretio erat, sanctissimè colebant: quæ pietatis larvæ, Tertulliano, omnium eo tempore præstantissimo illulum, ut, quos fuerat acerrimè insectatus in lib. de præscript. eos postea & defenderit, & coluerit, specie videlicet miraculorum, & severitatis, quam profitebantur, deceptus. Quid ergo mirum, si eodem pietatis apparatu, obentuque religionis Catholicæ Zephyrinum circumvenerint qui tamen à Praxea rei fabulam edoctus, communionem, pacemque, quam illis paraverat, continuò abrupit. Nihil ergo, quod fidei adversatur, docuit Zephyrinus, sed mendacio deceptus est, ac nos, pontificem decipi ab aliquo posse, haud negamus. Philastr. de hæres. cap. 50. Epiphanius hæres. 48.

Objici solet 2. ab adversa parte. Felicem II. operâ Arianorum, Liberio in exilium pulso, suffectum esse, quem S. Hieronymus Episcopum fuisse Arianum, dicit in cathologo Scriptorum in Acacio. 47.

Verum Regalis Sacerdotij Author loc. cit. n. 9. respondet, Felicem, antequam Pontifex Romanus eligeretur, libere quidem cum Arianis communicasse, nunquam tamen Arianum fuisse, ut expressè testantur Rufinus l. 10. hist. c. 22. Theodoretus l. 2. c. 17. Sozomenus l. 4. c. 10. Imò ubi Cathedram Petri conscendit, in alium de repente mutatus, & societatem cum Arianis abrupit, & Constantium Augustum, quod Baptismum ab Arianis accepisset, lacris interdixit, capite, ut alii dicunt, propterea truncatus, aut aliàs pro fide Catholica ærumnis confectus; nam Sanctum, & Martyrem obijisse certum est. Vide Bellarmin. de Roman. Pontif. l. 4. c. 9. Baron. ad ann. 458. Azor. p. 2. l. 4. c. 17. Damasum in vita Felicis, & S. Gregor. I. in Antiphonario, & Sacramentario. 48.

Objici solet 3. ab Adversarijs, Gelasium I. Papam in lib. contra Eutychem docuisse, in Sacramento Eucharistiæ una cum carne Christi etiam substantiam panis post consecrationem durare, quæ est manifesta Lutheri hæresis: ex quo errore argumentum contra Eutychem deducit, ut, quemadmodum post consecrationem utraque substantia inconfusa perseverat, ita post Incarnationem. Verba Gelasij sunt: Certè Sacramenta, quæ sumimus, Corporis, & Sanguinis Christi, Divina res est, propter quod & per eadem Divinè efficiuntur consortes natura, & tamen esse non desinit substantia seu natura panis & vini, 49.

Disquis. IV.
relativum admodum, quod...
ria Sacramenta sunt...
Universit. tom. 4. ad...
ARGUMENTUM VI.
Launojus contendit...
e, quia defuerit...
indubitatam hæresin esse...
tunc electum non hæresicam...
Litharcham esse.
Responsio.
allegatus Author de Montano...
n. 11. respondet, quod...
none, quam sine dubio...
queque incipit: Cum...
erit de Simonis. Et...
scopus, impedit, ne...
ontia eligatur. Ea...
Simonica meminit, non...
tam esse hæresin, sed...
is, quo in iure Canonico...
Non definit etiam, Papa...
um hoc ipso fore hæresicam...
panis plebendum, quibus...
xistit. Et contigit, inquit...
ani Pontificis per Simoniam...
... Elitum non apostolum...
et tanquam Simoniaci vel...
starchæ. Et ad prædicta...
no inuoluitur habeatur & se...
, referatur, ut patet, ad...
, non autem ad verbum...
autem tanquam de hæresicis...
, tollit nullam hic de...
e circa hæresin Papæ Simoniacæ...
definitionem appelles...
in luce usitatam; securus...
odi Pontificem Simoniacum...
lagum, Ethnicum, & Paganum...
, permittit, cum ut Magis...
, & hæresicam erant.

vini, &c. Et, ne quis dicat, hunc librum Gelasij non esse; sciendum est, S. Fulgentium Gelasij coævum, hunc ipsum librum Gelasio adscribere, & multa ex illo citare *respons. 2. ad Ferrand. Diacon.* & patet ex illis verbis, quæ in eodem libro habentur: *Cum Sedem Apostolicam dilectio vestra unanimiter teneat, constanter predicet, sapienterque defendat &c.* Quæ verba auctorem fuisse Romanum Pontificem, aperte ostendunt. Si potuit ergo Gelasius errare, poterunt & alij Pontifices, nec enim major est unius, quam alterius ratio, cum omnes æquæ sint Christi Vicarij, omnes Petri Successores, omnesque in eadem Cathedra sedeant.

50. Verum ipsissimus ille Author n. 10. respondet. Hic iterum ex incertis argumentum duci: est enim incertissimum, Gelasium Papam illius libri auctorem esse, ut gravissimi Scriptores tradunt, & nos demonstrabimus, ut plane causæ suæ infirmitatem ostendant, cui sustinendæ tam infirma, & incerta prælidia adhibentur. Sed Gelasium Papam illius libri auctorem non esse, his rationibus probamus. *Primò.* Quia liber, quem contra Nestorium, & Eutychem Gelasius Papa composuit, Gennadio de *Scriptor. Ecclesiast.* & Anastasio Bibliothecario testibus, fuit grande volumen, & in quinque libros distinctum, hic autem, de quo agimus, libellus tantum est, & cuius, qui de Gelasij lucubrationibus scripsere, Gennadius videlicet, Anastasius, Trithemius &c. nullam mentionem faciunt.

51. *Secundò.* Author libelli de duabus naturis in ipso exordio altercationem de duabus naturis novam, recentemque, & nupet natam esse dicit, ejusque initijs extinguendis se illam scriptionem suscepisse: at verò quo tempore Gelasius sedebat, Eutychiæ hæresis non tantum nova recensque non fuit, sed planè decrepita, imò extincta & funerata, & quam multa Concilia jam dudum damnaverant, Constantinopolitanum videlicet sub Flaviano Patriarcha anno 448. & aliud Constantinopolitanum, cui Leonis Papæ Legati adfuerunt anno 450. & Concilium Chalcedonense Oecumenicum anno 451. post quod à Marciano, & Leone Imperatoribus exterminati sunt Eutychiani anno 452. & 460. Quomodo igitur Gelasij Pontificis tempore, qui anno 492. electus est, potuit hæresis tot jam retrò annis nata, damnata, extincta, nova esse, recensque?

52. *Tertiò.* Hic Author professus, se omnium ferè antiquorum Patrum sententias de Incarnatione Domini collecturum, ex Latinis duos tantum citat Damasum & Ambrosium, reliquos Græcos omnes, quod argumento est, Græcum fuisse, imò Concilij Chalcedonensis, & Leonis Papæ nullam planè mentionem facit, à quibus tamen maximè hæresis Eutychiæ conclamata, explosaque est, ut omnino credibile sit, hoc opusculum à Gelasio Papa, & post Chalcedonense Concilium conscriptum esse, cum sola hujus Concilij auctoritas mille Patribus par esset, sufficissetque Adversarijs revincendis: cur ergo omis-

sum, quod præ omnibus erat? Et omissum à Gelasio tantæ eruditionis, tantique ingenij viro; quique Concilij Chalcedonensis auctoritate libenter utitur, ut patet ex *epist. ad Faustum* data, tantò libentius tunc citatur, cum argumentum, quoddam præ manibus habemus, id unice polceret, & victoria exco-penderet.

*Quartò.* Inter alios orthodoxos Patres Eusebium Pamphili Cæsariensem Episcopum citat, eumque Gregorio Nazianzeno antepo-nit, hominem videlicet non tantum non san-ctum, nec Patribus annumerandum, sed om-nino impium, qui in persecutione Diocletia-ni non tantum defecit, qui sanctos Athana-sium & Eustachium Catholice religionis Du-ces acerrimè insectatus est, qui hæc etiam Ari-nam facis instar ubique accendit, in eadem-que vitam finivit, cujus memoriæ execratio-ni semper & ludui Catholicis fuit, quem etiam, ejusque opera tanquam peste Ariana infecta *septima* Generalis Synodus *Ann. 5. & 6.* proscripserunt, cujusque historiam eod-tem veneno tinctam Gelasius Papa inter A-pocrypha reject; hunc, inquam, hominem, toties mendacem perfidumque à Gelasio inter Patres, inter Sanctos referri, ejusque testimo-nio, velut orthodoxi Eutychiæ revincere?

*Quintò.* Testatur Calliodorus, solios fuisse hæreticos, & Pelagianos præteritis, suis, quæ in lucem mittebant, operibus Ge-lasij nomen præfigere, ut (verba sunt Callio-dori *lib. de Divina lect. cap. 8.*) *res vitiosas glo-riofis nominis auctoritate defenderent.* Nihil er-go novi, si Gelasio Pontifici sint adscriptæ, quæ ad alium Gelasium spectant, nominis in-super similitudine, fraudem, aut errorem ja-vante, ut jam dicemus.

*Sextò.* Itaque Cardinalis Baronius ac-curate eruditeque oblectat, auctorem hujus libelli de duabus naturis contra Eutychem & Nestorium, Gelasium illum esse, cujus in Bi-bliotheca Photius meminit, qui que æstæ Sy-nodi Nicænæ tribus tomis contra Eutychi-ænos complexus est: hic enim scripsit, cum hæresis Eutychiæ lapsus extincta Basilicæ tyranni potentia gliscere iterum incipientem exagitatam in se ab Eutychiænis, & contra eun-dem scripsisse dicit. Eusebius Pamphili eximij encomijs ornat, & inter orthodoxos refert, eumque Joannes II. Papa in *epist. ad Anacim,* aliisque Senatores citat, quæ omnia optime, & velut ad unguem in libelli auctorem qua-drant. Videantur de hoc argumento Baro-nius citat. Bellarminus de *Rom. Pontif. l. 4. c. 10.* Canus de *locis Theolog. l. 6. c. 6. alt. ad 9.* Spondanus ad annum 496. Ludovic. Jacob. *Bibliothec. Pontif. le mire Bibliothec. Ecclesiast. pag. 72. & 201.* Perronius, Binnius, Sirmondus, alijque.

Quod si verò concederemus, hunc ipsum libellum & errorem Gelasij Pontificis esse, non propterea causâ cecidimus. Jam enim præmonuimus, Papam multa dicere & scribere, ut privatum Doctorem, non ut Pontificem: nec enim libros scribere, est æstio Pontifici propria, sed cuilibet Doctore con-celâ



cessa & communis, quæque ex omnium sententia errorem admittit, nec quidquid libris suis Pontifices inserunt, ad fidei dogmata pertinere volunt. Imò hæc est distinctio inter Dei & Pontificis verbum, quòd illud in nulla sui parte, nullo tempore, nulloque casu, etiam in re minima, mendacium erroremve patitur: Pontificum doctrina in eo solum casu certitudinem meretur, nec ullo errore fedari potest, cum Ecclesiam è Cathedra docet, hoc est, cum quæstione aliquâ inter Christianos exortâ, Pontifex rebus omnibus maturè discussis, sententiam pronuntiat, declaratque, ad fidem aliquid, aut hæresin pertinere, & Christi fidelibus, quid eos credere necessariò oporteat, cum apparatu, & pro Pontificia autoritate mandat: hæc enim solemnitas, auctoritativa, ad totam & universalem Ecclesiam directâ cum mandato declaratio, est actio soli Pontifici propriâ, in quam, ut docuimus, cadere error non potest, quod de illâ circa Evcharistiæ doctrinâ, Gelasio adscriptâ, dici non potest.

57. Objici solet 4. ab adversa parte. Eundem Gelasium Papam docuisse, sacram Evcharistiæ sub utraque specie necessariò sumendam esse, nec posse sine sacrilegio species separari, quæ est hæresis Hussitarum, & Calvinistarum. Habetur hoc Gelasij decretum apud Gratianum *In Cap. Comperimus. De consecrat. dist. 2.* in hæc verba: *Comperimus, quòd quidam sumptâ tantummodo Corporis sacri portione, à Calice sacri cruoris abstinens: qui procul dubio (quoniam nescio, quâ superstitione docentur obstringi) aut integra Sacramenta percipiant, aut ab integris arceantur: quia divisio unius, ejusdemque mysterij sine grandi sacrilegio non potest provenire.*

58. Verùm præcitatus Author Regalis sacerdotij ubi supra n. 11. respondet. Vel Gelasium loqui de Sacerdotibus, qui non possunt alterâ specie abstinere, & sic Gelasium ipse Gratianus, Glossa, & Rubrica illius Canonis explicant. Vel Gelasium loquitur de illis, qui non ex præcepto Ecclesiæ, infirmitate, aliâve simili, & necessariâ causâ abstinere speciebus vini, sed ex superstitione, ut ibi Gelasius seipsum explicans dicit. Sciendum enim est, inter alias Manichæorum hæreses etiam illam fuisse, quòd superstitiosum ciborum delectum inducerent, abstinere à carnibus & vino, quibus non inesse Divinam substantiam dicebant, sed à mali principio generata: ob quam causam abstinere Evcharistiâ sub speciebus vini, sed tamen ne hæresis notarentur, cum alijs Catholicis Evcharistiâ sub panis speciebus fruebantur, ut testatur oculatus testis *serm. 4. de Quadrag. S. Leo Papa.* Oportet ergo tunc temporis calicis usum liberum fuisse, & aliquando eo non uti solitos, si enim utraq; specie Catholici, & necessariò vescerentur, non tam unius speciei usu latuissent, quàm proditi essent Manichæi, & tamen S. Leo eâ simulatione eos latuisse dicit. Ergo monico ejusdem Pontificis, qui perpetuò & anxie unam tantum speciem frequentabant, dato velut signo pro Manichæis habiti, deprehen-

siq; sunt. Sanctus ergo Gelasius in citato Canone non absolutè damnat, qui unâ tantum specie Evcharistiæ sumunt: sed qui ex superstitione & sacrilegio hoc faciebant, quales Manichæi erant, quos à Gelasio Papa detectos, exilioque multatos esse, eorum libris concrematis, testatur Anastasius Bibliothecarius in *Gelasio.*

Objici solet 5. ab Adversarijs. Vigilium Papam hæresin Eutychnam professum esse, & anathema illis dixisse, qui duas in Christo naturas asserbant; uti patet ex ipsius epistola ad Theodoram Augustam scripta.

60. Verùm idem Author Regalis sacerdotij præf. n. 12. sic respondet. Calum Vigiliij sic se habuisse. Theodora Augusta Eutychnam hæresim animo fovebat, dolebatque a Romanis Pontificibus suæ fidei Episcopos, Anthimum præsertim, sede ejectos, deportatosque esse. Vigilius ergo Agapeti quondam Diaconum aggreditur, ingentem auri vim, & Pontificatum pollicita, si Chalcedone acta rescinderet, Eutychnam fidem probaret, Anthimum restitueret. Omnia à Vigilio promissa, auri cupiditate & ambitione cæco, Sylvorius in exilium pulsus, subornatâ, quòd cum Gothis colluderet, accusatione. Vigilius Belisarij potentâ, viventi adhuc & exulanti Sylvorio successus; quo tempore ad Theodoram arcano chirographo Eutychnam hæresim professus est, monitâ tamen Augustâ, ut omnia silentio secretoque tegetet, re enim vulgatâ, Romanos palàm defecturos. Mortuo postea inter ærumnas Sylvorio, Augustâ à Vigilio petere, exolveret fidem occultis litteris obstrictam, reciperetque in gratiam Anthimum Patriarcham. Negavit Vigilius præstari à se posse, quæ temerè promississet: neminem pactis obligari, quæ turpius servantur, quàm rumpuntur. Excanduit Imperatrix, & Vigiliû attactu, & si dicere licet, factò quodam Romanæ Cathedræ, subito mutatum, quasi fidem Petri cum mitra induisset, in exilium egit, ubi rœnis ærumnisque confectus, Sancti nomen, & encomia à Patribus accepit. Vide S. Gregorium Magnum *lib. 2. epist. 36. ad Episc. Hiberniæ.* Paulum Diaconum in *vita Iustiniani &c.* Ex hac Vigiliij historia manifestum est, epistolam, quâ hæresin probabat, ab eo scriptam, cum nondum, vivente Sylvorio, legitimus Papa esset, nec fuisse illam epistolam definitionem è Cathedra, de quâ tantum disputamus, sed occultos, furtivosque codicillos, & ab ipso Auctore silentio, tenebrisque damnatos, ac luce prohibitos, quod omninò sententiæ judiciali, & è Cathedra prolata repugnat.

CONCLUSIO.

61. PRæadducta exempla necquidquam probant contra Papæ, quæ ex Cathedra sancientis, in rebus fidei ac morum decretis irreformabilem infallibilitatem.

Bbbbb Ex-

Explicatur ex sensu reduplicatarum istarum propositionum, quod homo iustus de se quidem peccabilis sit, atamen quâ gratiâ sanctificante informatus, non possit peccatum facere, sive quod homo indefectibilitati *moralis* ex se quidem obnoxius sit, atamen agens, quâ virtutibus supernaturalibus instructus, nequeat ullum defectum *moralem* committere. Etenim vi illarum reduplicacionum sensus redditur earum propositionum, ac si peccatum, cui obnoxius est homo, reduci posset in gratiam sanctificantem, ceu suum *radicale* saltem principium, nec non defectibilitas *moralis* prodire posset ex virtutibus per se infusis ceu suo *immediato & proximo* principio *effectivo*: quæ repugnant *intrinsecâ* naturæ sanctificantis gratiæ & virtutum supernaturalium. Pari ergo ratione, quando dicitur, Papa quâ decernens ex Cathedra nequit in fidei seu morum sanctionibus esse error Romano obnoxius, reduplicatio huiusmodi talem facit sensum, quod ex Petra fidei, ceu Apostolica Cathedra, nequeat profluere ullus error fidei, seu morum, quoad *virtutis specificationem*, quæ in ipsam fidem ut sic reducitur. Cùm enim fidei Petra in Petri Successore immota subsistere debeat, ut super eam ædificetur Ecclesia, cui ex Christi promisso portæ inferi prævalere non possunt; illa ipsa verò ædificatio Ecclesiæ sit *formaliter* per fidem, idcirco Papa quâ decernens ex ista Petra, ceu Cathedra Petri, per Spiritus sancti assistentem gratiam loqui non potest, nisi ex ipso fidei lumine per supernaturale voluntatis Divinitus motæ imperium excitando sub prævia prudentialis credibilitatis face æquè supernaturali. Quare si in Papam quâ ex Cathedra decernentem cadere posset fidei seu morum quoad *virtutis specificationem* spectandorum error, hic reduceretur in ipsissimum illud principium, ex quo Papa decernit, dum loquitur ex Cathedra, sicquæ adeo talis error reducendus esset in ipsum fidei lumen, ac voluntatis Divinitus motæ, atque intellectum in Primæ Veritatis obsequium religiosum captivantis imperium supernaturale, nec non in credibilitatis prudentialis lumen Divinitus infusum, atque adeo in ipsum Spiritum sanctum, quod *intrinsecâ* ac *essentialis* repugnantia impossibilitatem importat.

62. Et hinc posito etiam, quempiam à Summis Pontificibus (quamvis contrarium *superius* deductum fuerit) fuisse hæresi obnoxium, tantum abest, quod tunc ex Cathedra potuisset decernere, sed eo mox instanti, quo hæresi fuit infectus, unâ cum fidei lumine perdidisset fidei Petram, atque adeo Apostolicâ Papatûs Petram excidisset, utpote ex tunc desinens esse membrum, atque adeo Caput Ecclesiæ.

63. Ex ipsamet igitur fidei Petra, cui per ipsamet fidem superstruitur Ecclesia à portis inferi nunquam superanda, fixum manet, quod Papa ex Cathedra decernens, errare non possit in fide, & *formali* virtutis *moralis* per fidem traditâ specificatione: & hinc firmum stat illud principium in initio huius disquisi-

tionis propositum, quod nihil unquam à Summis Pontificibus sit propositum toti Ecclesiæ, quâ credendum, in quo à Concilijs Oecumenicis reformandi fuerint, quin etiam eorum sententiæ, tanquam ex Petri Cathedrâ pronuntiata, semper cum reverentia sit suscepta. Juxta quod adeo principium, specificè examinabimus gravissimam illam imposturam, quâ Launoius in *septimo* contrario argumento relatus, Sixto V. in editione sacrorum Bibliorum quendam cum ipsa etiam fide pugnantem errorem impingere conatus fuit.

#### PROBATIO I.

Septimi à Launoio adversus Sixtum V. oppositi argumenti confutatoria.

Hic intento nostro præmitti necessario debet, quod infallibilis in Ecclesia, ejusque Supremo Capite Romano Pontifice, sit autoritas ad veros sacra Scripturæ libros determinandos. Etenim Ecclesiæ sanctæ substantia & forma est per fidem, Verbo Dei innixam. At quantumcunque recurramus ad Verbum Dei scriptum, ut tamen istud fide valeamus recipere, oportet, aliud superesse Dei Verbum omni Divinâ Scripturâ antiquius, per quod constet, quænam sit gemina Scriptura Divina. Illud autem Dei verbum, Scripturæ sacrae infallibiliter ostensurum, subsistere debet non sub fallacibus quibusdam tegumentis, sed sub infallibili quæpiam autoritate per Spiritus sancti assistentiam ætenuis munita, ut ipsi non possint subesse falsum. At ipsamet sacra Litteræ ostendunt, ubi stet illa autoritatis per Spiritus sancti assistentiam circumvallata infallibilitas, nempe in Ecclesiâ, quam Apostolus dicit columnam & firmamentum Veritatis: nec non in Petrâ, super quam Ecclesia tam firmiter sit ædificata, ut portæ inferi non possint adversus eam prævalere. Ecclesia verò ita est *representativè* in Concilio Oecumenico, ut huius tamen character subsistere debeat per Petram Pontificiæ autoritatis, Vicarium Christi primarij Ecclesiæ Pastoris munus ac nomen præferentis, adeo, ut Concilium sub tali Christi nomine vicario congregatum, sit unitum Divinæ promissionis efficaciam, per quam Christus sit in medio ipsius. Sub ejusmodi igitur Ecclesiæ, ejusque supremi Capituli, vicarium Christi nomen in terrâ obtinentis, Pontificis Romani, autoritate Oecumenicâ ita firmum stat Dei Verbum sacrarum Scripturarum ostensurum, ut in horum libris Canonice definiendis habeat autoritatem præfusa infallibilem.

#### Objeçtio.

Sed numquid, excipiet adversarius, Ecclesia sine pura & sincera Scripturæ editione extitit pro illo tempore, quo editio Septuaginta Interpretum vitata & corrupta fuit, nec tamen plene emendata ab Origine, alijsve Doctoribus Ecclesiæ? Ubi enim fuisset petre-

fectè correcta, & ad omnimodam puritatem redùcta, non fuisset necessarius labor Hieronymi ad Scripturæ versionem faciendam; prout ipse testatur in præfat. in lib. Paralip.

Responsio.

66. VERùm ex opposito est prorsus statuen- dum, ad Dei providentiam pertinere, ut nunquam relinquat Ecclesiam sine verâ & sincerâ Scripturâ, etiam in publico, ita ut fidem faceret ad confirmanda dogmata. Ratio est. Alioquin enim videretur Ecclesia pro aliquo tempore defecisse in necessarijs, cùm nihil ita necessarium sit ad fidei sinceritatem tenendâ, quàm certificari, & habere in usu sinceram editionem Scripturæ; uti latius prolequitur Origenes in Epist. ad africanum. Imò quamvis pro aliquo Ecclesiæ statu variæ essent translationes, & aliqui dubitarent de exemplarum fide, per ejusmodi tamen dubitationem, atque translationem varietatem minimè tollebat solida Ecclesiæ sententia circa sinceram Scripturæ editionem. Quando proinde in Ecclesia fuit corrupta Septuaginta Interpretum editio, providit nihilominus Deus de sincerâ Scripturæ editione conservandâ. Etenim Hieronymi tempore Septuaginta Interpretum editio servabatur incorrupta in Hexaplis Origenis; velut ipse testatur in Epist. ad Suniam & Fretelam, licet in alijs editionibus extaret corrupta. Sanctus quoque Augustinus 11. contra Faustum cap. 2. dicit, sententiarum varietates ex Divinarum Scripturarum exemplaribus prolatis extitisse paucas, sacrarum Litterarum studiosis notissimas. Quòd igitur plures excrevisent in hoc genere varietates, id ortum magis fuisse ex quorundam imperitiâ, quàm ex sincerâ in Ecclesiâ editionis defectu. Tertullianus porrò ubi suprâ ante Origenis tempora fuit testatus, apud Serapæum in Ægypto videri Hebraicum Codicem Scripturarum à temporibus Ptolomæi servatum. Imò verò in Ecclesia ijs temporibus extitisse legitimam sacrarum Scripturarum editionem, ex hoc etiam probatur, quòd Tertullianus lib. de præscript. contra hæreticos. Irenæus lib. 3. de fide cap. 4. & Augustinus 28. contra Faustum, cap. 4. docuissent, pro veris Scripturis ad Ecclesiam præsertim Apostolicam recurrendum esse: quod minimè locum habuisset, si eo tempore non reperta fuisset in publico usu legitima Scripturarum editio.

Iterata objectio.

67. AN ergo, rursus excipiet Adversarius, nulla alia sacrarum Scripturarum editio est authentica præter eam, quam vulgatam communiter dicam, Ecclesia Romana comprobat? At huic adversari, quòd, ubi dubitatur de aliqujs translationis legitimitate, seu quando aliqua faciendâ est correctio, recurrere oporteat ad textum Hebræum; uti tradit S. Augustinus 11. contra Faustum cap. 2. innuitque Divus Hieronymus præfat. in lib. Paral. &

Epist. ad Pamachium de optimo genere interpretandi. Ex quo adeò evinci, ipsi etiam Hebraicis exemplaribus inesse infallibilem auctoritatem, cùm frustra alioqui ex ijs peteretur resolutio in dubijs ac varietatibus translationum.

Responsio.

68. VERùm ex parte nostra responderi debet, quòd alia sit habenda ratio Hebrææ editionis, si spectetur in suo primavo fonte, alia verò, prout Rabbiorum Hebræorum transmutationi qualicunq; fuit obnoxia. Etenim Originalis Hebraici voluminis nomine non intelligitur quidem illud, cujus characteres ex immediatâ Dei dictatione sunt exarati, hoc enim exhiberi amplius non poterit, sed quascunq; legitimas & incorruptas ex illâ primavâ Dei Scripturâ transumptiones; de quibus tota proinde hic occurrit difficultas, unde possint certò dignosci legitimæ? Sentiant equidem hæretici apud Bellarminum lib. 1. de verbo Dei cap. 2. Hebraicum textum nostrâ vulgatâ puriorem esse, cui etiam nimium trituere videntur Cajetanus, Eusebius, Olearius, & alij Catholici, nisi hi dicantur locuti de textu Hebræo, prout erat tempore SS. Augustini ac Hieronymi, hic enim præfat. in comment. Isaie. confutat eos, qui dicebant, Hebræos Codices fuisse falsatos. Unde idem S. Ecclesiæ Doctor in Epist. ad Suniam & Fretelam. scribit, puram pro tunc Septuaginta Interpretum editionem haud dissensisse à textu Hebræo. Unde simpliciter dicendum est, Hebraicam editionem subsistisse in omnimodâ suâ puritate, quando ex eo facta est translatio nostrâ vulgatâ, atque adeò Hebraicus textus, in quantum hodie etiam saltem in sensu, si non in verbis, concordat cum vulgatâ, purus adhuc censendus est: ubi verò discordat à sensu vulgatâ, corruptus haberi, nec adeò in censu Hebraici Originalis reputari debet: quemadmodum ejusmodi corruptio vel ex hominum negligentia, vel ex Judæorum malitia, vel ex additione punctorum ad litteras Hebraicas (sine his enim antiquitus legebantur Hebraici textus) in multis accidit: nimis enim facile est, unum punctum, seu vocalem ponere pro alterâ, sicque totaliter mutare sensum: cujusmodi proinde Hebraicæ editionis à vulgatâ dissensiones pluribus exemplis probat Bellarminus lococit. Quando igitur Divus Augustinus superius allegatus docet, in casu dubij super aliqua translatione esse recurrendum ad textum Hebraicum, id pro eo tempore ita habebat locum, dum nempe in suâ puritate subsistebat Hebraica editio, at tamen pro temporibus posterioribus variâ post vulgatâ corruptione irrepente in textum Hebraicum, huic non est infallibilis jam auctoritas, nisi in quantum concordat cum vulgatâ. Insuper utilis ac fructuosus esse potest ex vulgatâ ad textum Hebraicum recursus, tum ut fiat illius cum isto collatio ad veritatem eruendam: tum, B b b b b 2 ad

PROBATIO

Utic sentio nostro... debet, quòd infallibilis... Supremo Capite Romano... thonas ad veros sacre... terminandos. Etenim... nia & forma est p... cùm. At quantum... tum Dei scriptum, ut... eamus recipere, oportet... Verbum omni Divinâ... per quod coller, quam... riptura Divina. Ut aut... ripturæ sacre infallibiliter... ere debet non sub fallacibus... ments, sed sub infallibili... ritate per Spiritus sancti... monitâ, ut ipsi non possit... . At ipsismet sacre... fter illa auctoritas per Spiritu... stentiam circumvallare... Ecclesiâ, quam Apostolus... & firmamentum Veritatis... super quam Ecclesiæ... cata, ut portæ inferi non... eam prævalere. Ecclesiæ... entantur in Concilio Oecum... amem character subsistere... Pontificis auctoritatis, Vener... rimirari Ecclesiæ Patris... ptæferentis, adeò, ut Concilio... hî nomine vicario congregati... Divinæ promissiones effecti... Christus sit in medio ipsius. Ubi... igitur Ecclesiæ, ejusque impera... rarium Christi nomen in variis... onificis Romani, auctoritate... firmam fiat Dei Verbum... tum ostensum, ut in hanc... definiendis habeat auctoritatem... fallibilem.

Objectio.

numquid, excipiet adversari... ne pura & sincera Scriptura... pro illo tempore, quo ceteri... interpretum vitiosa & corrupta... en plenè emendata ad Originem... dibus Ecclesiæ? Ubi cum fallac...

ad Paganos, Judæos præcipuè convincendos ex ipsismet Hebraicis voluminibus, quibus unice credunt, rejectâ nostræ vulgatæ lectione.

69. Idem porro est ferendum judicium de Septuaginta Interpretum editione: hæc enim, cum fuerit pura & immaculata in Hexaplis Origenis, sine dubio infallibilis tunc erat auctoritatis. At versio, quæ nunc extat, non omnino pura videtur, ita ut in nullo textu contrarietur vulgatæ editioni. Et ideo non est simpliciter fidei regula, licet magnæ sit auctoritatis post emendationem à Sixto V. factam.

70. Sed nunquid, inquires, ex quo ista Septuaginta Interpretum editio non tantum emendata, sed (uti constat ex Brevis Apostolico editioni illi præfixo) approbata fuit à Sixto V. graviter prohibente, ne aliter evulgari possit, hinc accipit auctoritatem infallibilem Canonice Scripturæ? Verum, si attentè expendatur isthæc Apostolica approbatio, noscitur eam habere vim, ex quâ Septuaginta Interpretum editio non *absolutè* definiatur authentica, sed *comparativè* duntaxat, nempe quatenus emendatior cæteris Septuaginta editionibus comprobatur. In quantum igitur hæc editio concordat cum vulgatâ, in tantum est indubitata fidei regula: at quia in multis dissentit à vulgatâ, ideo non potest simpliciter dici Canonica, seu infallibilis fidei regula; uti præter alios observat etiam Bellarminus lib. 2. de Verbo Dei cap. 6.

71. Quare circa sacrarum voluminum editiones & translationes seu versiones, oportet, sequentes statuere regulas. 1. Namque nonnullæ in eo sunt statu, ut *positivè* sint approbatæ ab Ecclesiâ, & hoc quidem diversimodè, ita ut vulgatæ simpliciter sit definita authentica, aliæ verò, velut Septuaginta Interpretum à Sixto V. emendata editio, non *absolutè* approbentur tanquam Canonice & authentice, sed *restrictè*, sub certis quibusdam correctionibus, secundum quas habendæ sint alijs in eo genere versionibus emendatiores.

72. 2. Ad alias sacrarum Litterarum versiones Ecclesia se habet solum *permisive*, in quo statu sunt editiones *Aquila, Symmachi, Theodotionis*, ab hominibus licet hæreticis factæ. In quo censu etiam sunt translationes *Vatabli, Isidori, Cajetani, Olearii, & Clavij*. Cujusmodi tamen permissio Ecclesiæ plus non operatur, nisi quod tales editiones sint *permissæ*, in quantum non contrariantur vulgatæ: uti fert communis Doctorum sententia, conformiter Concilio Tridentino Sess. 4. ubi definitur: *Utr nemo editionem vulgatam quovis prætextu rejicere audeat, vel præsumat*. At istud attentare dicendus esset, qui teneret editionem aliquam editioni contrariam vulgatæ, imò qui vel in aliquo duntaxat puncto huic contraret, ipsam prælumeretur rejicere. Unde sacra Concilij Tridentini Congregatio sanxit: *Ne vel periodus, vel una clausula, dictio, vel syllaba, jota, aut unus apex repugnet veteri vulgatæ*

*linguæ latine editioni.*

Hinc prorsus rejiciendæ, nec in publico Ecclesiæ seu concionum, vel disputationum usu concedendæ sunt translationes Bibliorum, in quibus vulgatæ editio reducitur ad Hebraicæ Originalia, quæ nunc extant; cum è converso potius vulgatæ ex incorrupto Originalium textu translata purus fons sit, ex quo genuina sacra Littera hauriri debeat.

Si proinde 3. inquirat quispiam, *Quid in alijs sacrarum Litterarum editionibus censendum sit repugnare vulgatæ editioni?* Ad hoc rectè respondetur: hanc repugnantiam intervenire, quando sub prætextu v. g. Originalium Hebraicorum, seu Septuaginta Interpretum, alteriusve editionis, vel ex toto, vel ex parte rejicitur vulgatæ editio, vel quando falsificatur, seu quando tollitur ejus sensus, ac repudiatur tanquam illegitimus seu indebitus.

Quod si verò translatio aliqua vulgatam non rejiciat, sed ad diversum, non tamen contrarium, transfert sensum, non censetur repugnare vulgatæ, vel hanc rejicere: constat namque, Hebraicam linguam diversos continere sensus, quin unus alterum rejiciat. Et sic permittitur Palterium Hieronymi juxta veritatem Hebraicam, quod in multis tamen distat quàm maximè à nostro Palterio.

#### Replicata objectio.

Replicari potest ex parte adversa, ut ostendatur, quâ ratione vulgatæ, quæ Concilio Tridentino approbata est, dici possit per omnia authentica & certa fidei regula, cum tamen ex post facto per correctionem Sixti V. & Clementis VIII. fuerit emendata.

#### Responsio.

Verum circa puritatem vulgatæ editionis duo sunt consideranda. *Unum* est versionis fidelitas seu *quoad substantiam*, sensum scilicet, seu *quoad accidentalem ornatum*, nempe elegantiam, eloquentiam, & perspicuitatem. *Alterum* est versionis seu interpretationis hujusmodi conservatio tam in corde Ecclesiæ, quàm in codicibus, qui communiter sunt in usu Ecclesiæ.

Quoad primum statui debet, fidelitatem versionis non esse desumendam ex quacunque correctione, sed ex antiquo tot sæculorum usu in Ecclesiâ approbante vulgatam legitimum, non tantum quoad ea, quæ ad fidem, moremque pertinent, sed quoad omnes etiam litteras, & apices; uti tradunt Doctores communiter. Ratio est. Cum enim de ratione authentice Scripturæ sit, omnes ejus clausulas, & apices certæ ac indubitæ esse auctoritatis; omnino necessum est fieri, ubi vulgatæ editio per Concilium Occumenicum decreta est authentica, ipsam esse legi.

legitimam quoad omnes litteras & apices, si enim vel in uno titubaret, nec in alijs ejus partibus certi redderemur: quæ certitudo eò magis debet in nobis firmari de Scripturæ veritate & autoritate, seu legitimitate, quòd in Scriptura vera & legitima nihil contineatur, quòd non sit revelatum, atque adeò ad fidem ac mores pertineat.

Objeçtio reiterata.

78. Objici solet à nonnullis. Inter nostram vulgatam sacrorum Bibliorum editionem, & originalia etiam antiquiora, ex quibus facta est translatio, in multis reperiri dissensionem aliquam: sic enim probat diversitas lectionis, veluti ipse etiam Hieronymus aliam olim ex Hebraico textu editit translationem Psalmorum, quàm habeatur in vulgata: sicuti etiam illud vulgata Gen. 3. ipsa coneret caput, in Hebraicis Originalibus uniformiter legitur ipsum, seu ipse coneret caput tuum.

Responso.

79. Verùm hoc minimè obstat, si ritè expendatur, cum quonam originali Hebraico faciendâ sit vulgata nostratris computatio. Etenim si sermo sit de originali Hebraico, quòd nunc extat, major habenda est ratio vulgatæ, utpote potiorem, imò absolutam in Ecclesia approbationem obtinentis, quàm textus Hebraici, quanquam in paucis inter se differant, ac teste S. Augustino 11. contra Faustum cap. 2. differentie hujusmodi Scripturarum studiosis novissimæ sint, in eundem ferè sensum reducibiles: dum quòd una translatio profert simpliciter, altera id ipsum, alio licèt modo, per circumlocutionem dicat. Ubi tamen dissensiones tales non sunt ad eundem sensum reducibiles, sed verè contrariæ, seu repugnantes; uti supra dictum est, omninò oportet, vulgatam textui Hebraico præferre, cum illius translatio desumpta fuerit ex emendatiori Hebraico, antiquitus adhuc incorrupto codice, indeque perpetuam Ecclesiæ approbationem meruerit, & illibatè conservàrit.

80. Quòd si ergo vulgatæ differentia quæpiam interveniat erga antiquum Hebraicum originale, considerare necessum est, etiam antiquitus fuisse diversos ejusmodi codices, quorum alij extiterant emendatiores, alij verò pluribus scatebant mendis. In quantum igitur est vulgatæ cum originali Hebraico differentia, senuendum est, hoc esse de originali minùs emendato, cum econtra vulgata prorsus concors sit puro & incorrupto antiquo originali, ex quo facta est translatio. Unde cum Hieronymus quoque & alij Patres notentur, in allegatione sacrorum textuum dissentire à vulgata, dicendum est, ipsos non habuisse semper ad manum emendatiora originalia, sed ex minùs etiam emendatis ejusmodi deprompsisse allegationes, seu qualescunque translationes, Et ideo quatenus Hieronymi Psalterium discrepat à Psalterio vulgatæ, asserere oportet, istud ex puro, illud ex minùs emendato Hebraico originali esse translatum. Nec porrò infrequens est Hebraicis, ut fœmineum ponant pro masculino, sicque facillè fuit, ut Gen. 3. legeretur in uno exemplari ipsa, in alio ipse, in altero ipsum coneret caput tuum: imò, cum ista vox relativa ad totum contextum referatur, significetque effectum illius inimicitie, quam mulier unâ cum semine suo, esset habitura erga serpentem, perinde sonare credendum est, sive legatur ipsa scilicet mulier cum semine suo, sive ipsum semen, nimirum unâ cum muliere, sive ipse Messias nempe cum Matre, prævaleret adversus dæmonem.

Quoad secundum, nempe de incorruptâ ac fidei vulgatæ versionis conservatione, asserere oportet, hanc probari ex duplici principio. Primum adversus hæreticos desumitur ex omnium ferè Patrum Ecclesiæ sanctæ Doctorum ultra mille annos continuâ approbatione sequentium illam translationem, ipso S. Augustino lib. de doct. Christ. cap. 25. maxime commendante Divum Hieronymum ex hoc, quòd editionem Italiam dictam, expurgârunt: quam vulgatam hinc dici solitam, postea etiam comprobârunt S. Gregorius Papa 20. Moral. cap. 24. & S. Isidorus lib. 6. Etymol. cap. 3. post quos ipsissimâ hâc vulgatâ in suis libris usi sunt Remigius, Beda, Rabanus, Anselmus, Petrus Damianus, Bernardus, Hugo, Rupertus, Thomas de Aquino, Bonaventura &c. imò in Concilijs etiam Generalibus erat vulgatæ usus; ut nefas profectò sit, hæreticos isti præponere alias translationes, seu versiones, vel quæcunque à semet prætena originalia.

Secundum, in editione hac vulgata adversus scribentium & Notariorum negligentiam, ignorantiamque, seu hominum malitiam, incorruptè servandâ, principium se tenet in codicibus antiquis, qui passim in diversis servantur Ecclesijs, ut ex eorum collatione possit fieri correctio mendorum, quæ irrepunt ex falsâ quandoque transcriptione. Hoc studium de antiquissimis sacrarum Litterarum codicibus conservandis, atque mendis fortè irrepentibus per hos corrigendis, magnum semper in Ecclesiâ fuisse, testatur etiam Cardinalis Ximenes in Præfat. ad Biblia Complutensia, faciens mentionem Codicis 800. annorum Gothicis litteris scripti. Juxta hæc igitur principia in corde Ecclesiæ ita semper manet sacra Scriptura pura & legitima, ut hæc ipsa tamen principia sint solum Instrumentaria, ipsamet Divinitus repromissâ Spiritus sancti erga Ecclesiam providentiâ assistente, ne Ecclesia in Codicibus Divinis approbandis, possit errori esse obnoxia. Cui proinde sacrorum voluminum puritati minime obstat Sixti V. & Clementis VIII. correctio; siquidem hæc facta sit ex purioribus exemplaribus in Ecclesia illibatè servatis, quibus derogare haud poterant menda, quæ in plures particulares editiones irrepserant, nec adeò dicere licet simpliciter & absolute, oportuisse,

B b b b b

tuisse,

inque Latina editione. Hinc prolixè rejecta, etc. Ecclesiæ seu sanctionem, vel dispensationem concedenda sunt translationibus, in quibus vulgata editione, etc. Hebraica Originalia, quæ nunc extant, etc. conversio potius vulgata ex originalium textu translata potius, etc. ex quo genuina sacra Littera, etc. Si proinde 3. inquit quædam, etc. apparet vulgata editione ad hoc, etc. detur: hanc repugnantiam, etc. sub prætextu v. g. Originalium, etc. orum, seu Septuaginta Interpretatione editionis, vel ex toto, etc. expicit vulgata editio, vel translatio, etc. ar, seu quando collitur eja, etc. tanquam illegitima sit, etc. Quod si verò translatio, etc. non respicit, sed ad diversum, etc. tationem, transfert sensum, etc. agnare vulgatæ, vel hæc respicit, etc. amque, Hebraicam linguam, etc. nere sensus, qui unus ab altero, etc. e permittitur Psalterium Hebraicum, etc. ritum Hebraicam, quod si non, etc. illas quàm maxime à nostra, etc. Replicari potest ex parte, etc. ostendatur, quâ ratione, etc. concilio Tridentino approbata, etc. per omnia authentica, etc. ita, cum tamen ex pol, etc. onem Sixti V. & Clementis VIII. etc. Responso, Erum circa puritatem vulgatæ, etc. duo sunt consideranda, etc. elitas seu quædam substantiam, etc. quoad accidentalem, etc. in, eloquentiam, & perspicuitatem, etc. est veriorum seu incorruptiorum, etc. conservatio tam in corde Ecclesiæ, etc. libris, qui communiter, etc. Quoad primum statui debet, etc. tionis non esse deservendum, etc. correctione, sed ex antiqua, etc. usa in Ecclesiâ approbatione, etc. nam, non tantum quoad, etc. morelque pertinet, sed quoad, etc. litteras, & apices; uti, etc. omniunt. Ratio est, etc. ne authentica Scriptura, etc. ritatis; omnino necessum, etc. vulgata editio per Concilium, etc. decreta est authentica, etc.

tuisse, vulgatam emendari, sed ista emendatione indigebant particulares duntaxat seu impressiones, seu transcriptiones ac editiones Divinorum voluminum, eatenus obnoxiorum erroribus, ex hominum vel negligentia, vel malitia irrepentibus, ut in corde tamen Ecclesiae, tum juxta principia illa instrumentaria superius exposita, tum juxta Spiritus sancti iassistentiam infallibilem, semper maneat eorumdem puritas & incorruptio.

Ulterior objectio.

83. **E**X parte namque adversa instari adhuc potest. Quae ergo certitudine constare nobis possit, illam ultimam Sixti V. & Clementis VIII. correctionem esse legitimam, ita ut in omnibus eam infallibiliter sequi possimus, tanquam legitimam & puram, praesertim cum corruptio, quae emendari debuit, tanta fuerit, ut diversum ingereret sensum?

Responsio.

84. **V**erum nulla inprimis facta est, nec unquam erit necessaria Divinorum voluminum correctio, quatenus sacra Scriptura est in corde Ecclesiae: tum quia in hac immobiliter stant principia sufficientia ad mendam ex codicibus sacris, in quos particulariter irrepunt, tollenda: tum quia ex ipsismet fidei principijs est indubitatum, haud posse unquam Ecclesiam in eo constitui statu, ut ab omnibus libris sacrae Scripturae simul deficiat vera & pura lectio Divinitus tradita, cum caetero qui ipsa fides deficeret. In quantum igitur particularium quorundam voluminum ea per Summos Pontifices sancita est correctio, eatenus disquirere licet, quae certitudine constet, exemplaria sic correctam esse alijs emendatiora, & lectionem ipsi contentam puriorem ac certioram?

85. In quo puncto distinguendam venit inter versionem vulgaram sub *specificâ* & *formali* hac ratione à Concilio Tridentino sancitam tanquam legitimam, & *materialem* litterarum, seu verborum efformationem. Non igitur in priori, sed in posteriori duntaxat à Sixto V. & Clemente VIII. facta est correctio; ut liquet ex *Praefat. ad Bibliam correctam Sixti V.* Synodus namque Tridentina nihil determinavit quoad Bibliorum correctionem à mendis librarium, sed id Romano Pontifici faciendum reliquit. Duo igitur praestitit illa seu Sixtina, seu Clementina correctio. Unum est, quod editio vulgata per sacrum Concilium approbata tanquam legitima, & ad fidei dogmata confirmanda sufficiens, atque Canonica, absque ulla sui mutatione fuerit à veterum librarium pleraque particularia exemplaria afficientibus mendis, pravatumque editionum erroribus repurgata, ac pristinae integritati restituta; uti ex *cit. Praefat.* constat. Alterum, cum variae lectiones

notari solerent in margine Bibliæ, opus erat corrigere, non ipsam versionem, sed quae in communioribus lectionibus ex scribentium, aliorumve negligentia mendaciter habebantur; veluti universa haec manifesta sunt ex Bulla Clementis VIII. praecipientis in haec verba: *Cujus quidem exemplaris forma, nec minima quidem particula de textu mutata, addita, vel ab eo detracta, nisi aliquid recurat, quod typographica incuria manifestè adscribendum sit, in violabiliter observetur.*

Ultima objectio.

**I**nstari ex parte adversa rursus potest. *Quaerendo; An istud praecipuum habeat vim definitivae auctoritativae, ita ut censeri debeat ab Ecclesia definitum, hanc sacrorum Bibliorum editionem correctam esse puram, & omnis defectus expectem?*

Responsio.

**S**unt, qui negant, id esse definitum ab Ecclesia, asseverando tamen, esse adeo certum, ut oppositum sit temerarium. Ratio est. Quia Bulla Clementis VIII. in editione Romanae correctam relata non definit aliquid circa hoc punctum, sed dicit solummodo, textum vulgatae editionis restitutum, & quam accuratissime expurgatum prodire in lucem: neque verò expressè definit, ipsam expurgationem esse praeteris purissimam. Quare praecipuum id, cujus erat superius facta mentio, stringit solum respectu impressionis faciendae, ut scilicet in imprimendis Scripturae libris, nulla mutetur particula, ne, si aliae lectiones passim imprimi possent, illa correctior lectio iterum vitetur in multis. Eapropter rectè concluditur: Si correctam ista editio sumatur secundum omnia, quae includit, & quasi *Coluendi*, esse omnibus alijs praeponeandam, ita ut, qui oppositum faceret, plusquam temerarius, & quasi errori proximus judicandus esset; qui verò in aliquo particulari, ac seorsim aliam sequeretur lectionem, non esset aliqua censura dignus.

Ratio prioris est. Quia Ecclesia est non definit, iudicio tamen suo proponit, hanc lectionem caeteris esse correctiorem. At temerarium est, negare, quod Ecclesia Catholica dicit, licet id non definit. Insuper Summus Pontifex Clemens VIII. in praefato brevi prohibet, ne aliae lectiones in margine ponantur, neve de ipso contextu liceat aliquid mutare, seu aliter imprimere. At si alias lectiones sequi liceret tanquam meliores, aut correctiores, impertinens esset ista prohibitio: hoc autem dicere, vel asseverare, Ecclesiam prohibuisse lectionem Bibliorum meliorem ac correctiorem, valde temerarium foret.

Ratio posterioris partis desumitur ex *Praefatione Bibliæ correctae addita*, ubi sic dicitur. *Hanc editionem correctam, sicut omnibus numeris ab ipso*

absolutam pro humanâ inbecillitate affirmare, difficile est, sic ceteris omnibus, que ad hunc usque diem prodierunt, emendatiorem, purioriâque esse, minime dubitandum est. At eo ipso, quod ista correctio non possit affirmari omnibus numeris absolutâ, potest circa quodpiam particulare aliquid dubij admittere: quoad mendam scilicet veterum librorum, pravarumque emendationum errores, dum ceteroqui quoad interpretationem vulgaram, quatenus à Concilio Tridentino est definita, nefas sit, quidquam vocare in controversiam. Quamvis proin in sacris Biblijs ex incuriâ Typographiæ, vel etiam aliunde possit aliquod vitium irrepere, hoc tamen minime obstat veritati Divinæ Scripturæ, cum Ecclesia semper habeat præsid, unde emendare valeat tales errores: nec adeo vitia ejusmodi officere queunt authoritati vulgatæ editionis.

PROBATIO II.

Quâ irreformabilis Pape infallibilitas ostenditur ex Concilijs Generalibus ab Authore tract. de libert. Ecclesie Gallic. lib. 7. cap. 5. inducitis.

90. Quanto enim cum applausu excepta sit doctrina Adriani I. Pape in epistolis ad Imperatorem, & ad Patriarcham Constantinopolitanum scriptis, in ætatis septima Synodi anno 787. habitæ, videri potest, scilicet *Actione 2.* in qua lectæ sunt. Continent autem etiam illæ epistolæ sanctæ Sedis in dirimentis de fide controversijs prærogativæ testimonia. In prima habentur hæc verba de Beato Petro, & ejus Sede: *Iste itaque tam præcelsus prælatus honore præmerui consistere fidem, supra quam fundatur Ecclesia Christi. Beatam confessionem beatitudo secuta est præmiorum, cujus prædicatione sancta universalis illustrata est Ecclesia, & ex ea cetera Dei Ecclesie fidei documenta sumpsit.* Nam ipse Princeps apostolorum beatus Petrus, qui Apostolicæ Sedis primus præsedis, sui Apostolatus Principatum, ac Pastoralis curæ, successoribus suis, qui in ejus sacratissima Sede perenniter sessuri sunt, dereliquit. Quibus & auctoritatis potestatem, quemadmodum à Salvatore nostro Domino Deo ei concessa est, & ipse quoque suis contulit, ac tradidit Divino jussu successoribus Pontificibus.

91. In eodem Concilio *Actione 2.* Ioannes sanctissimus Episcopus Tauromaniæ dixit: *Cum veluti Divinus orthodoxiæ terminus (sive Divina definitio) sint literæ, que ab Adriano Papa senioris Romæ ad pios Imperatores, nec non & ad Tarasium universalem Patriarcham nostrum missæ sunt, ita profiteor.*

92. Nicolai I. & Adriani II. iudicium de Photio, & de sacris imaginibus doctrinam secuta est octava Synodus, ad quam nemo admittus est, quin professioni fidei ab Adriano missæ subscripsisset, in qua hæc continentur: *Quia non potest Domini nostri Iesu Christi prætermitti sententia dicentis: Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam. Hæc, que*

dicta sunt, rerum probantur effectibus; quia in Sede Apostolica immaculata est semper reservata religio, & sancta celebrata doctrina. Ab huius ergo fide, atque doctrina separari minime cupientes, & Patrum, & præcipue Sanctorum Sedis Apostolicæ Præsulum sequentes in omnibus constituta, anathematizamus omnes hæreses simul cum Iconomachis. Quomodo autem prædicta Synodus octava Summorum illorum Pontificum amplexa sit constituta, declarant hæc ejus verba. *Can. 2. Obedite Præpositis vestris tanquam rationem reddituri, Paulus Magnus Apostolus præcipit. Itaque Beatissimum Papam Nicolaum tanquam organum sancti Spiritus habentes, nec non & Sanctissimum Adrianum Papam successorem ejus. &c. Concilia Oecumenica Summum Pontificem tanquam organum sancti Spiritus habent: Antistes Gallicani ejus iudicia reformabilia esse decernunt.*

93. In Concilio Lugdunensi anno 1274. Imperator Græcorum & per epistolam, & per Nuntium juravit, se Catholicam & Orthodoxam fidem acceptare, profiteri, ac leviâ e velle; *Prout, inquit, eam veraciter tenet, fideliter docet, & prædicat sacrosancta Romana Ecclesia.*

94. Concilium Lateranense sub Innocentio III. vocat Ecclesiam Romanam Matrem, & Magistram omnium fidelium. Possent omnes fideles in errorem induci, si erraret Magistra, quam tenentur audire.

95. Clemens V. *Clementinâ de Summâ Trinitate & fide Catholica. §. Nos igitur docet, quod ad Apostolicam considerationem duntaxat hæc (que in Scripturis obscura sunt) declarare pertinet.* Quod etsi dixerit, Concilio Oecumenico, Viennensi scilicet, præsidens, necessitatem tamen Concilij non induxit, sed potius exclusit, particula illa duntaxat.

PROBATIO III.

Prioris continuativa ex inductione Conciliorum Gallicanorum à dicto Authore à n. 6. inductorum.

96. Cui enim unquam ex antiquis Episcopis Gallicanis venit in mentem, non esse irreformabile sanctæ Sedis iudicium, donec à Concilio Oecumenico confirmatum, aut ab Ecclesia universa fuisset acceptatum? Et Episcopi singuli, & eorum Cætus sive Concilia illud tanquam indubitatum fidei normam populo proponebant. Hæc regulâ Concilium Arausicanum II. anno 529. Faulti Regensis errores confutavit, & veritatem orthodoxam declaravit. Id nobis, ita præstantur Episcopi, secundum admonitionem Episcopi, & auctoritatem Sedis Apostolicæ iustum, ac rationabile visum, & pauca Capitula ab Apostolica Sede nobis transmissa, que ab antiquis Patribus de sanctarum Scripturarum voluminibus in hac præcipue causa collecta sunt ad docendos eos, qui aliter, quam oportet, sentiunt, ab omnibus observanda proferre, & manibus nostris subscribere deberemus. Quibus locis, qui hucusque non sicut oportet de gratia, & libero arbitrio credidit, ad ea, que fides

Ultima objectio  
Nihil in parte dicitur...  
Respondio  
Sunt qui negant...  
Ratio prima est...  
Ratio postrema...  
et.

fidei Catholica conveniunt, animum suum inclinare non differat. Contradicere quidem Superiorum declarationi, nisi evidenter falsæ, non licet. At verò animum suum nemo tenetur inclinare, nisi in obsequium fidei. An ergo Concilijs Provincialibus, an auctoritati Papæ debetur, ut fideles animum inclinent ad ea, quæ definiuntur? Vide notas Severini Binij in hac præfationem.

97. Sanctus Avitus Episcopus Viennensis anno 517. non suo solius, sed & omnium Episcoporum Galliarum nomine protestatus est Hormisdæ Papæ, se ejus sententiæ in materia fidei adhæsulum. Quia, inquit, jam securus, non dicam de Viennensi, sed de totius Galliarum devotione polliceor, omnes vestram super statu fidei captare sententiam. Orate, ut sic nos prædictorum professio suta non fallat, sicut ab unitate, quam regitis, veritas comperta non separat.
98. Ravennius, alijque Episcopi Gallicani in epistola Synodica ad S. Leonem Magnum, pluribus testati sunt, quanti facerent ejus circa dubia de fide, sententiam, etiam antequam Concilij Generalis Chalcedonensis consensus accessisset; Quæ, inquit, Apostolatus vestri scripta ita, & Symbolum fidei, quisquis redemptionis Sacramenta non negligat, tabulis cordis ascribit, & tenaci, quò ad confundendos hæreticorum errores paratior sit, memoriæ commendavit. . . . Doctrinæ post Deum vestra debet quisque fidelis, ut constanter teneat, quod credebat. Debet etiam infidelis, ut à perfidia sua agnita veritate discedat, & Apostolica veritatis luce persusus, erroris sui tenebras derelinquat, magisque sequatur, & credat, quod per os vestrum Dominus noster Iesus Christus de Sacramento Incarnationis suæ docet, quam id teneat, quod diabolus humane salutis & veritatis mimicus instillat. Post epistolam 51. S. Leonis.
99. Ceretus Salonius, & Veranus Episcopi Gallicani eandem erga sancti Leonis epistolam reverentiam professi fuerant his verbis: Illa specialis doctrinæ vestra pagina ita per omnium Ecclesiarum conventicula celebratur, ut verè consona omnium sententia declaratur; merito illic Principatum Sedis Apostolica constitutum; unde adhuc Apostolici Spiritus oracula referuntur. Post epistolam 98. S. Leonis.
100. Concilium Turonense II, anno 570. Can. 21. suam erga sanctæ Sedis decreta observantiam significat his verbis: Quis Sacerdotum contra decreta talia, quæ à Sede Apostolica processerunt, agere præsumat. . . . & quorum Auctoritatem valere prædicatio, nisi quod Sedes Apostolica semper aut intromisit, aut Apocryphos fecit? Et Patres nostri hoc semper custodierunt, quod eorum præcepit auctoritas. Nos ergo hoc sequentes, quod vel Apostolus Paulus, vel Papa Innocentius statuit, in Canonibus nostris inserentes, statuimus observandum &c.
101. Quam huic antiquorum Gallorum reverentiam erga sanctæ Sedis de fide oracula concordaverint eorum posteris usque ad extrema tempora, in illorum historijs licet observare, nec non in Gallicanorum Conciliorum monumentis à Patre Iacobo Sirmondo collectis, iterumque in sequentibus capitibus demonstrabitur.

## PROBATIO IV.

Ejusdem argumenti continuativa ex consensu cæterarum Nationum ab eodem Authore à n. 12. adductarum.

IN ea erga sanctam Sedem reverentia nequaquam cesserant Gallis cæteræ Nationes. De Italica nemo dubitat, de Ecclesia Africana, quæ à Gallis in exemplum tam libenter assumitur, dicemus infra. De Hispanica præter ea, quæ in primo libro retulimus, libet epistolæ Concilij Tarraconensis ad Hilarium Papam scriptæ, ac in Concilio Romano lectæ anno 465. principium, & finem describere: Etsi nulla extaret, inquit Episcopi Tarraconensis Provincia cum suo Metropolitanò, necessitas Ecclesiastica discipline, expetendum re verè nobis fuerat illud privilegium Sedis vestra, quo susceptus Regni clarissimus, post resurrectionem Salvatoris per totum Orbem beatus Petri singularis prædicatio universorum illuminationi prospexit: cujus Vicarij Principatus, sicut eminet, ita metuendus est ab omnibus & amandus. Proinde nos Deum in vobis penitus adorantes, cui sine querela servitis; ad fidem revertimus, Apostolico ore laudatam, inde responsa querentes, unde nihil errore, nihil præsumptione, sed Pontificali totum deliberatione præcipitur. Queruntur postea de Sylvano Episcopo Caligariæ, ejusdem Provincia, quod multa patrisset, postponens Patrum regulas, & Romani Pontificis instituta, demique contra restatum Canonum, contra Synodi constituta. (Hæc enim veras Ecclesiæ libertates factas testas servari cupiebant.) Concludunt in hunc modum: Proinde, quia his præsumptionibus, quæ unitatem dividunt, quæ schisma faciunt, veliciter debet occurrere, quæ sumus sedem vestram, ut quid super hac parte observare velitis, Apostolici æstus instruamur, quatenus fraternitate cæciliæ, prole in medium veneranda Synodi, constituitis, contra rebellionis spiritum vestra auctoritate subiciat, quod oporteat de Ordinatore, & ordinato fieri, intelligere, Deo adjuvante, possimus. Erit profectò vestri triumphus, si Apostolatus vestri temporibus, quod sancti Petri Cathedra obtinet, Catholica unitas Ecclesiæ, si novella zizaniorum semina fuerint extirpata.

Sanctus Thomas Archiepiscopus Cantuariensis epist. 97. edit. P. Lupi, omnibus Episcopis Angliæ, quorum erat Primas, scriptis: Quis Romanam Ecclesiam Caput omnium Ecclesiarum, & fontem Catholice doctrinæ ambigit esse? Quis claves Regni calorum Petro traditas esse ignorat? Nōne in fide, & doctrina Petri, totius Ecclesiæ structura confurgit, donec occurrant omnes Christo in virum perfectum, in unitatem filii, & agnitionem filij Dei? . . . Quicumque si, qui rigat, aut plantat, Deus nulli dat incrementum, nisi illi, qui plantavit in fide Petri, & doctrinæ ipsius acquiescit. Sanè ad eum maxima populis judicia referuntur, à Romano examinanda Pontifice, &c.



S. III.

Nostri sententiae argumenta referuntur ac expenduntur cum conclusione super iis flexiva.

ARGUMENTUM I.

104. Auctor Regalis Sacerdotij cit. lib. 3. S. 4. n. 1. argumentatur 1. ex Concilio Nicæni c. 18. cuius hæc exhibentur verba: Omnes Episcopi in gravioribus causis liberè Apostolicam appellent Sedem, atque ad eam quasi ad matrem confugiant, cuius dispositioni omnes majores Ecclesiasticas causas Apostolorum auctoritas reservavit. Citat hunc Canonem ex Concilio Nicæno S. Julius I. in epist. 2. contra Orientales pro Athanasio, & habetur tomo 1. Conciliorum post Concilium Nicænum: Idemque habet Pelagius II. in Cap. stultis. 17. distinctione Si ergo majores & difficiliore cause, inter quas sunt utique cause fidei, Apostolicæ Sedi reservantur; oportet, hujus sententias esse infallibilis auctoritatis: alioquin non Pontifici reservandæ forent, sed Concilio: & sicut fides certa est, nec ullum admittit dubium, ita sententia, cui reservantur cause fidei, debet esse certa, & dubij expert; ubi enim sententia non est certa, etiam id, quod per sententiam pronuntiatum est, non est certum; & si certum non est, non potest esse dogma, & objectum fidei.

ARGUMENTUM II.

105. Idem Auctor cit. S. 4. n. 2. argumentatur 2. ex Synodo Alexandrina, cui præfuit Magnus Athanasius, suo & Synodi nomine scribens ad Felicem II. Papam: Ideo, Pater beatissime, quia semper Antecessores nostri, & nos à vestra sancta Apostolica Sede auxilium habuimus, & nostri vos curam habere agnovimus, præsertim Apostolicam, & summam expetimus juxta Canonum decreta Sedem, ut inde auxilium capiamus, unde Prædecessores nostri ordinationes & (NB.) dogmata ceperunt. Et infra: Similiter à supra dictis Patribus Concilij Nicæni est definitum consonanter, ut si quisquam Episcoporum Iudices suspectos habuerit, vestram sanctam Romanam impelleret Sedem, cui ab ipso Domino potestas ligandi & solvendi speciali privilegio super alios est concessa. Ipsa enim firmamentum à Deo fixum, & immobile percepit, quoniam ipsam formam universorum lucidissimam Dominus Iesus Christus vestram Apostolicam constituit Sedem. Ipsa est etiam sacer vertex, in quo omnes Ecclesie vertuntur, sustentantur, relevantur: Tu profanarum hæresium, atque omnium infestantium depositor, ut Princeps & Doctor, Caput, omnium Orthodoxæ doctrinæ, & immaculate fidei existis &c. Hæc Athanasius & cum illo Synodus Alexandrina: ex quorum sententia, si Papa dogmata condidit, si est firmamentum à Deo fixum & immobile, in quo omnes Ecclesie vertuntur & sustentantur; si omnium hæresium profigitor; si

Princeps, Doctor, Caputque omnium orthodoxæ doctrinæ, & immaculatæ fidei; planè sequitur, infallibilem esse, & quæ ab illo definita sunt, eo prætextu, quod errare possit, repelli haud posse: alioquin omnia illa Athanasij encomia adulationes sunt, & verba sensu vacua, captandæ tantum gratiæ adornata.

ARGUMENTUM III.

106. Auctor præallegatus n. 3. argumentatur 3. ex Concilio Carthaginensi, de quo Innocentius I. Papa in sua ad eandem Synodum epistola to. 1. Conciliorum relatâ, scribebat in hæc verba: Antiquæ traditionis exempla servantes, & Ecclesiasticæ memores disciplinæ, nostræ religionis vigorem non minus nunc in consulendo, quam antea, cum pronuntiaretis, veneratione firmatis, qui ad nostrum referendum approbatis esse iudicium, scientes quid Apostolicæ Sedi (cum omnes hoc loco positi, ipsum sequi desideremus Apostolum) debeatur, à quo ipse Episcopatus, & tota auctoritas nominis hujus emerit. Quem sequentes, tam mala jam damnare novimus, quam probare laudanda: vel id verò, quod Patrum instituta Sacerdotali officio custodientes, non cenletis esse calcanda: quod illi non humanâ, sed Divinâ decreverit sententiâ: ut quidquid, quamvis de disjunctis, remissisque Provincijs ageretur, non prius ducerent finiendum, nisi ad hujus sedis notitiam perveniret, ut totâ hujus auctoritate (justa quæ fuerit) pronuntiatio firmaretur: indeque sumerent cetera Ecclesia (velut de natali suo fonte aquæ cunctæ procederent, & per diversas totius mundi regiones puri capitis incorruptæ manarent) quid præcipere, quos abluere, quos veluti in cano inmundabili sordidatos, mundive digna corporibus unda vitaret. Vides hic iterum testari Innocentium, ultimam fidei definitio-nem ad Papam spectare, ab hoc veluti natali fonte sanam sinceramque doctrinam fluere: ab hoc alios Episcopos, Ecclesiasticque omnes discere, quos absolvere, quos damnare hæresis oportet: quæ omnia falsissima sunt, si Pontifex Ecclesiæ docens errare potest, tunc enim ab alijs corrigi & doceri debet: nec illius sententia, utpote incerta, fidei quæstiones finire potest, sed ad aliud forum, aliümve doctrinæ fontem recurrendum erit.

ARGUMENTUM IV.

107. Præfatus Auctor n. 4. argumentatur 4. ex Concilio Ephesino, ad quod Cælestinus Papa, cum hæresin Nestorianam ipse in Synodo Romana prædamnalet, Legatos quidem Ephesum ad Concilium misit, sic tamen, ut sententiam Romæ datam exsequerentur, certamque Patribus regulam præfigerent, juxta quam Nestorium contumaciter erroribus insistentem damnarent: sic enim habetur tomo 1. Concilior. in Actis Concilij Ephesini tom. 2. can. 15. Evagrio l. 1. hist. c. 4. epist. Synodali Cælestini in versione Cresconiana apud Baron. ad annum. 431. & Spondan. ibid. n. 4. Si ergo Papa hæreses ante Concilium damnat, & quos

quos damnavit, à tota Ecclesia pro hæreticis damnari jubet: si Concilij sententiam, quâ teneantur, præscribit; ergo minùs, quàm ipsa Concilia errare potest: alioquin non ipse Concilij, sed hæc Pontifici credenda præscriberent: quod enim hoc paradoxum, ut qui eget doctrinâ, doceat, qui non egent, doceantur? quique errare à via potest, eos ducat, qui errare non possunt, hoc est, videns, confuso rerum ordine, à cæco, Magister à discipulo discat, fons à rivulo bibat? In Concilio Carthagenensi sub Damaso Papâ, qui anno 367. electus est, & anno 384. mortuus, Stephanus Archiepiscopus, & tria Africa Concilia in epist. ad S. Damasum, quæ habetur tomo. 1. Concilior. & Damasus in responsoria ad eoldem Episcopos, apertè profitentur: *sedis Romanæ Episcoporum judicia, & summorum finem Ecclesiasticorum negotiorum, & sententiam de Divinis rebus reservatam esse. Apostolicam hanc sedem firmamentum esse à Deo fixum & immobile, omniumque verticem Ecclesiarum.*

## ARGUMENTUM V.

108. **A**uthor ille præf. n. 5. argumentatur ex Concilio Chalcedonensi, cujus meminit S. Thomas in opus. contra errores Græcorum, quod in hæc verba decreverit. Si quis Episcopus prædicatur infamis, liberam habeat sententiam appellandi ad Beatissimum Episcopum antiquæ Romæ. quia habemus Petrum petram refugij, & ipsi soli liberâ potestate loco Dei sit jus discernendi secundum claves à Domino sibi datas, & omnia ab eo definita teneantur tanquam à Vicario Apostolice throni. Et in condemnatione Diocleti Patres sic acclamant: *Sanctissimus Archiepiscopus Magnæ Romæ. unâ cum ter Beatissimo Petro, qui est Petra & crepidus Catholica Ecclesiæ, & ille, qui est rectæ fidei fundamentum, (NB.) nudavit eum Episcopatus dignitate. Et in epist. Synodali ad Leonem gratulantur Patres: Quod tantum Antistitem Apostolicæ Sedis, unde religionis nostræ fons & origo manat, Dominus dederit. Et in epist. Synod. ad Patres Concilij Leo Papa negat dogma fidei à se contra Eutyben, & Dioscorum semel declarata, in dubium, aut disputationem vocari debere, neque Legatos à se mitti, qui rem decisam, definitamque in litteris ad Flavianum datis, examini veterum subdi permittant, sed qui definita exequantur.* Hæc omnia evincunt, Papam errare non posse in causis fidei, nam si potest, cur non liceat, ejus sententias à Concilio examinari, emendarique? Sed audi ipsam Leonem: *Neque enim abiuncta est à vobis mea præsentia, qui in Vicariis meis adsum, & jam dudum fidei Catholicæ prædicatione non desum, ut qui non potestis ignorare, quid ex antiqua traditione credamus, non possitis dubitare, quid cupiam. Vnde, Fratres charissimi, rejectâ penitus audaciâ disputandi contra fidem Divinitus inspiratam, vana errantium infidelitas conquiescat: cum non liceat defendi, quod non liceat credi, cum secundum Evangelicas veritates, secundum Propheticas voces, Apostolicamque doctrinam, plenissime & lucidissime per litteras, quas ad beatæ*

*memoriæ Flavianum Episcopum missas, fuerit declaratum, quæ sit de Sacramento Domini nostri Iesu Christi pia & sincera confessio.*

## ARGUMENTUM VI.

**P**ræductus Author hic n. 6. argumentatur 6. sexta Generali Synodo tom. 3. Conciliorum relata. Ibi S. Agatho Papa in epist. ad Constantinum Augustum non permittit Concilio, ut aliter in causa fidei pronunciet, quàm suis Legatis Pontifex injunxerit, suæque definitioni nihil addi, nihil minus, sed juxta traditionem Apostolicæ Sedis, ut à Prædecessoribus suis conservata est, omnia definit. Hæc utique supponunt, Pontificem Romanum non tantum errare non posse, sed ejus etiam officij esse, regulam credendi, docendique Concilio præscribere. Sed hanc Pontificis infallibilitatem in eadem epistola (quam luminis laudibus extulit, approbavitque eadem sacra & generalis Synodus ad. 4. & 18.) ad eundem Agatho expressit, ut nihil clariùs dici poterit; sic enim loquitur: *Cujus admittite præfati, hæc Apostolica ejus Ecclesiæ, nunquam à trinitatis, in quolibet erroris parte deflecta est. Cujus auctoritatem, utpote Apostolorum unam Principis, semper omnis Catholica Christi Ecclesiæ, & universales Synodi fideliter amplectentes, in cunctis secuta sunt, omnesque Venerabiles Patres Apostolicam ejus doctrinam amplecti & sancti quidem Doctores orthodoxi venerati, atque sancti sunt: hæretici autem falsi criminationum obsequii secuti &c. Hæc Apostolica Christi Ecclesiæ, per Omnipotentis Dei gratiam à tramite Apostolicæ traditionis nuquam errasse prohibetur, nec hereticæ novitatis depravata succubuit: sed ut ab eisdem normam fidei Christianæ percipit ab interitibus suis Apostolorum Christi Principibus, illud hinc tenus manet secundum ipsius Domini Salvatoris Divinam sollicitationem, quam suorum discipulorum Principi in sacris Evangelij fecit: Petre, inquit, ecce satanas expetivit, ut irratis tui, sicut, qui cribrat triticum. Ego autem rogam pro te, ut non deficiat fides tua: & tu aliquando conversus confirma fratres tuos. Confidat utique vestra Clementia, quoniam Dominus & Salvator omnium, qui fidelis est, & fidem Petri non defecturam promisit, confirmare cum fratre admonuit.*

Ex Concilij Africanis, quæ anno 644. quatuor Primates Africae in subiectis sibi Provinciis convocarunt, data est Synodalis ad Theodorum Papam epistola, in qua, inter alia: *Antiquis regulis sanctum est, ut quævis, quamvis in remotis, vel in longinquo posita esset, non prius tractanda esset, nisi ad notitiam Alme Sedis Apostolicæ fuisset delatum, ut ejus auctoritate justâ que fuisset pronuntiata, firmaretur, indeque sumerent cætera Ecclesiæ, velut de natali suo fonte, prædicationis exordium, & per diversas totius mundi regiones, puritati incorruptæ manarent fidei Sacramenta saluti. Videatur Spondanus ad hunc annum Cr. & Acta Synodi Lateranensis sub Martino Papâ.*

ARGUMENTUM VII.

112. Ippissimus ille auctor n. 7. & 8. argumentatur 7. ex quinta Generali Synodo, in cuius sententia, quam contra Anthimum Mennas Patriarcha Constantinopolitanus pronuntia-

113. In septima etiam Synodo Ait. 2. lecta & approbata est epistola Adriani II. ad Tharasilum Patriarcham, ubi expressissimè Pontificiæ infallibilitatis testimoniū extat, sic enim inter alia habet: Cujus etiam Sedes per totum terrarum orbem Primatum obtinet, lucet, omniumque Ecclesiarum Dei Caput existit. Vnde & ipse beatus Petrus Apostolus Dei iussa Ecclesiam pascens nihil omnino pratermisit, sed ubique Principatum obtinuit & obtinet: cui etiam & nostra beata & Apostolica Sedes, quæ est omnium Ecclesiarum Dei Caput, velim beata vestra sanctitas ex sincera mente & toto corde agglutinetur, utpote, quæ reverà sit rectè sentiens, & pietatis incorrupta conservatrix. Hoc sacrificium primùm Omnipotenti Deo exhibeatur, vestraque beatitudo magnos & pmissimos Imperatores supplicibus verbis admonet, ut Ecclesiæ nostræ vestigia sequentes, coram Deo, & horribili ejus iudicio venerandas imagines in regia civitate, & omni loco in antiquum statum restituendas curent, jubentque: nimirum servantes traditionem hujus sanctissimæ nostræ Romanæ Ecclesiæ.

114. Porro in Concilio etiam Romano sub Nicolao II. celebrato inter alios Canones hic fuit: Si quis dogmata vel decreta pro fide Catholica, aut Ecclesiastica disciplina à Sedis Apostolicæ Præsidi promulgatas contempserit, anathema sit. Habetur hic Canon in Cap. Si quis 25. q. 2. &c. Ad abolendam. De heret.

ARGUMENTUM VIII.

115. Is denique Auctor à n. 9. argumentatur 8. adducendo Concilium Lugdunense I. sub Innocentio IV. celebratum & relatum in Cap. un. De homicid. in 6. ubi sic habetur: Pro humani redemptione generis de summis caloribus ad ima mundi descendens, & mortem tandem subiens temporalem Dei Filius Iesus Christus, ne gregem sui pretio sanguinis gloriosi redemptum ascensurus, post resurrectionem ad Patrem absque Pastore desereret, ipsius curam B. Petro Apostolo (ut sue stabilitate fidei ceteros in Christiana religione firmaret, eorumque mentes ad salutis opera sue accenderet devotionis ardore) commisit.

116. Concilium quoque Lugdunense sub Gregorio X. decrevit; prout habetur in Cap. un. De summa Trinitate in 6. Fidei ac devotæ professione statemur, quòd Spiritus sanctus aternaliter ex Patre & Filio non tanquam ex duobus principijs, sed tanquam ex uno principio: non duabus spirationibus, sed unice à spiratione procedit. Hoc professus est hæcænis, prædicavit & docuit, hoc firmiter tenet, & docet sacrosancta Romana Ecclesia, mater omnium fidelium & magistra. In eodem Lugdunensi Concilio Michaelis Palæologi Imperatoris, & Orientalis Ecclesiæ Legati pro-

fessionem fidei Orthodoxæ ediderunt, quæ & à Synodo Lugdunensi recepta est, & infallibilitati Pontificiæ apertissimum suffragium dedit. Videri ea potest apud Raynaldum ad annum 1274. n. 24. & inter alia hæc habet: Ipsa quoque S. Romana Ecclesia summum & plenum Primatum & principatum super universam Ecclesiam Catholicam obtinet: quem se ab ipso Domino in B. Petro Apostolorum Principe, sive vertice, cujus Romanus Pontifex est successor, cum potestatis plenitudine recepisse veraciter & humiliter recognoscit. Et sicut præ cæteris tenetur fidei veritatem defendere, sic & si quæ de fide obortæ fuerint quæstiones, suo debent iudicio desiniri.

117. Concilium porro Lateranense sub Innocentio III. in Cap. Damnamus. De summa Trinitate. Romanam Ecclesiam vocat omnium Matrem & Magistram. Suffragatur denique Concilium Lateranense sub Julio II. & Leone X. cui Germania, Hispania, Anglia, Dania, Norvegia, Scotia, Italia, & Hungaria amplissimis Legationibus missis adhæserunt, ut videre est apud Raynaldum ad annum 1512. n. 53. Et Ludovicus Galliarum Rex per suos Oratores acta Concilij Pisani damnans, hoc ipsum Lateranense pro legitimo & Oecumenico agnovit, eique se adhærere professus est, ut habetur in actis ejusdem Concilij Sess. 8. tomo 5. Concil. Venetæ edit.

118. Idem à Galliarum Prælati factum, qui & ipsi Pisani Concilii abulsum execrati, professi sunt, se & adhærere, & adhæsurus Concilio Lateranensi, ut videre est in actis Concilij Sess. 9. In hoc ergo Concilio, à Gallis, ut diximus, etiam recepto, Sess. 11. ex professo definita est suprema Pontificis Romani supra Concilium autoritas, & consequenter omnimoda infallibilitas. In eadem Sess. 11. rescissa est fatalis illa & pragmatica sanctio, quæ Carolo VII. Regè in Bituricensi Conventu, vigente Basileensi schismate adversus Romanorum Pontificum autoritatem lata fuerat, quamque jam dudum, anno videlicet 1462. sub Pio II. Ludovico XI. in publico Cardinalium Senatu revocaverat.

119. His proinde sacrorum Conciliorum sanctionibus meritò se conformaret Clerus Gallicanus in asseveranda infallibilitate Pontificiæ autoritatis, in fidei rebus ex Cathedra discernentis; maxime dum eam specialem Romani Pontificis prærogativam fundant super Christi Domini promissione Matthæi 16. polliciti: Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Et Luca 22. asseverantis: Ego rogavi pro te Petre, ut non deficiat fides tua. Verùm excipiet fortassis nonnemo, illam infallibilitatem ad fidei duntaxat, non autem morum decreta pretendi debere. De quo adeò puncto in conclusione proximè sequenti disserere nobis visum est operæpretium.

CONCLUSIO.

120. EX fidei principijs certum est, quòd Ecclesia, ejuisque Caput Summus Pontifex, in legibus pro universa Ecclesia

ARGUMENTUM

Disquis. IV.
memorie Firmiter Episcopum...
6. fuit Generali Synodo...
ad Constantinensem Synodum...
cuius in causa fides...
huiusmodi sententia...
non nisi ab...
non apostolica...
conferretur...
potestatem...
tam errare non...
esse, regulam...
prædicare. Sed...
tatem in eadem...
bus extant, appropinquat...
decis Synodus ad...
tho expressit, ut...
se enim loquitur: Caput...
huiusmodi Synodi...
tati, in epistola...
ambrosianam, ut...
cipi, juxta...
& universali Synodi...
sancti fuisse...
apostolicam...
quodam...
fuit: hereticis...
sunt: hæc...
sunt: hæc...
omnino in...
ditum non...
nuntio...
do non...
fuit: hæc...
tenet: hæc...
quæ...
monet.

sia ferendis quoad *formale* earundem specificativum errare non possit, licet errori obnoxium esse queat, quod in eujusmodi legibus est *materiale* quoad singulares circumstantias.

Explicatur & probatur ex eo, quod Summus Pontifex pro Univerſa Eccleſia ſanciendo leges ſemper reſpiciat ad fidei principia. Et hoc quidem dupliciter, declarando quandoque moralitatem aliquam, seu conſentaneam principijs fidei, atque tunc ad iſta reſpiciat in *actu ſignato*, nec adeo errori poteſt obnoxius eſſe in tali procedendi modo. Aliquando verò *ſimpliciter* præcipiendo moralitatem Verbo Dei conformem, atque tunc in *actu ſaltem exercito* reſpiciat ad fidei principia, quin talem conformabilitatem *ſignatè* definiat. Quandoquidem igitur utroque iſto modo leges pro univerſa Eccleſia ſancitæ per Oecumenicam Summi Paſtoris authoritatem reducuntur in fidei principia, conſequens eſt, talem ſuper Eccleſiæ, adverſus quam portæ inferi prævalere non poſſunt, Petrâ fundatam authoritatem eſſe infallibilem, in legibus pro univerſa Eccleſiâ condendis.

PROBATIO I.

Petita ex ſequenti ratione Theologica.

121. **N**AM in quibuſcunque legibus *Formale* eſt ipla rei præceptæ moralitas, quæ rectæ rationi conſentanea. Hæc verò licet in agibilibus *moralibus* ſit definita per lumen rationis naturalis: ubi tamen iſtud eſt Divinitus elevatum, & ad ſublimioris perfectionis ſtatum ſuper-naturalem, fidei lumine, ac infulſis *moralibus* etiam virtutibus mediantibus, traductum, voluit Deus honeſtatem naturalis etiam luminis ſphærâ circumſcriptam, ſub ipſiſmet Divinæ ſuæ revelationis, fidei que principijs nobis eſſe manifeſtam. Sic enim Decalogi præcepta univerſa ſunt naturali lumini conſentanea, ac propterea exſpirante licet Veteri Lege, ſub cujus ſtatu ſcripta extant, etiamnum in Novâ Lege vigent. At verò hæc ipſa Decalogi præcepta fidei ſupernaturali lumine illuſtrata, ſunt principia, quibus oportet, ut conformetur quæcunque per Summum Pontificem præceptibilis moralitas. Hæc igitur reſpectu cujuſcunque legis ac præcepti ſe habens per modum *formalis* Specificativi, quantumvis lumini naturali ſit conveniens, vel maxime tamen, quatenus ſub eſt Eccleſiæ authoritati præceptivæ, ſupernaturalis rationis ſphæram attingenti, ut ſic reduci debet ad fidei principia. At in hiſce nequit errare Eccleſia, ejuſque Divinitus conſtituta, in Summo Pontifice reſidens, Oecumenica authoritas. Ergo iſta nequit etiam in legibus pro univerſa Eccleſiâ ferendis quoad harum *formale*, errori eſſe obnoxia.

Objeſtio.

**O**PPONI poteſt. Noſtram concluſionem videri diſſentaneam Canonis *Si quando de Reſcriptis*. Ubi Pontifex reſcribit in hæc verba: *Aut mandatum noſtrum reverenter adimplas, aut per litteras tuas, quare adimplere non poſſis, rationabilem cauſam prætendas, quia patienter ſuſtinebimus, ſi non feceris, quod prævã nobis fuerit inſinuatione ſuggeſtum.*

Reſponſio.

**N**AM in concluſione ſuit conſultò facta diſtinſtio in legibus Eccleſiæ inter id, quod eſt *formale & materiale*, ex particularibus locorum, seu perſonarum circumſtantijs conſiſtens. At præallegatus Canon prævã inſinuationis ſuggeſtionem errori obnoxiam in Pontifice ſupponens, aperte loquitur de eo, quod eſt *facti*, pendens ex naturalibus circumſtantijs. Sub ejuſmodi adeo errore adhuc locus eſt Eccleſiæ infallibilitati, circa *formalem* legis rationem, seu *moralem* honeſtatem, tanquam *intrinſecum* ejuſmodi præcepti finem, ac *Formale* ſpecificativum motivum.

Iterata objeſtio.

**I**Nſtari poteſt ex parte adverſa. Directos Pontifices videri erraſſe in aliquibus legibus contra bonos mores, aut jus Divinum tradendis. Inprimis enim in *Cap. Cùm eſſet. De Teſtamentis*. ſic habetur: *à lege Divinã alienum, & ab inſtitutis ſanctorum Patrum, Eccleſiæ que conſuetudine alienum eſſe, quod teſtamenta non valeant, niſi coram ſeptem teſtibus.* At hoc legibus Imperialibus, & plurium nationum conſuetudine firmatum, haud pugnare cum jure Divino.

2. In Canone *Licet. De ſponſa dorum*. ubi cùm definiretur, *mulierem, qua per conſenſum legitimum nupſit alicui, non poſſe cum alio viro validè contrahere, etiamſi huius nupſerit, ſicut à quoque copulã: ſuperaddi in hæc verba: Quamvis aliter à Prædeceſſoribus noſtris fuerit judicatum.* Num ergo iſtos Alexandri III. prædeceſſores, dicendum eſt, judicãſſe contra jus Divinum, vi cujus Matrimonij vinculum prius contractum, prohibet Matrimonium cum alio contrahendum?

3. Stephanus VI. irritavit ſui prædeceſſoris Formoſi acta univerſa, juſtitieque *ut ab ipſo illegitimè ordinati denudè ordinarentur.* An non igitur Stephanus ille decrevit adverſus irrevocabilitatem Sacramenti Ordinis Divinitus ſancitam?

4. In *Cap. Per Venerabilem. Qui filij ſunt legitimi*, decrevit Pontifex, *legem Deuteronomij non eſſe abrogatam.* Hoc verò pugnat cum lege Evangelij Chriſti.

5. *Cap. Laudabilem. De converſione iſidoriani.* dicitur Cæleſtinus III. ſanxiſſe, quid per unius conjugis hæreſin ſolvatur Matrimonium. At iſtud adverſatur indiſſolubilitati Matrimonij Divinitus ſancitæ.

6. In *Extrayagante Exijt. De verborum ſignificatione.*

nificatione. definit Nicolaus IV. perfectam paupertatem, quam Christus tenebat, & docebat, ne quidem in communi admittere verum dominium temporalium. At oppositum statuit Ioannes XXII. in Extravag. Ad conditorem: & in Extrav. Quia quorundam, definiens, hæreticum esse, qui dicit, Christum docuisse talem paupertatem. An non ergo alteruter Pontificum in hoc erravit?

Responsio.

130. Nam i. dici potest Canon præallegatus Cùm esset, loqui de Testamentis ad pias causas: discretè namque dicit: septem testium necessitatem in Testamento esse à lege Divinâ alienam, quatenus repugnat Sanctorum exemplis, Ecclesiæque consuetudini. Hæc autem consuetudo complectitur præcisè causas pias. Quemadmodum igitur ad has non extendit se illa de septem testibus sanctio, sic à lege Divinâ alienum est, morientium libertatem, ac dominium in bonis suis in tantum coarctare, ne possint absque illâ solemnitate testari, vel legare ad pias causas.

131. 2. Canon Licet, dum meminit prædecessorum Pontificum aliter iudicantium, nihil dicit de lege aliquâ, hanc in rem sanctâ in ordine ad universalem Ecclesiam: sed intelligi debet de iudicio privato, in quo Summus Pontifex errori obnoxius esse potest.

132. 3. Neque Stephani Papæ error fuit in sancienda lege universalis, sed in facto, & in sententiâ privatâ.

133. 4. In Capitulo Per Venerabilem. loquitur Pontifex de istâ Divinitus sancitâ lege Deut. 17. Si difficile, & ambiguum iudicium esse perspexeris, ascende ad locum, quem elegit tibi Dominus. Hanc igitur legem dicit Pontifex in Novâ etiam Lege observari debere. At quo modo non sub formalitate Veteris Testamenti propriâ, ut iam ascendendum sit ad locum, quem Dominus pro illo statu elegerat, sed sub Novâ Legis Divinitus sancitâ formalitate, ut locus à Deo in hunc finem electus intelligatur esse Sedes Apostolica. Quod igitur eo loco Deut. erat Divinitus sancitum, debet in Novâ Lege observari per quandam adimplerionem adumbrationis ita præludentis, ut ad altiorem tamen statum nunc elevata fuerit.

134. 5. Quod ex Cap. Laudabilem. allegatur, non habetur in hujus Canonis texto. Et si quidem in antiquioribus Decretalibus aliquando extitisset, sed postea expunctum fuisset, hujus expunctionis causa erat, quod à Calixtino III. non esset sancitum ex Cathedrâ de hæreticis caractere Baptismatis insignitis, sed de ijs, qui suâ malitiâ Baptismatis valori infidiabantur. Constat enim tam ex contextu ejus Canonis, quàm ex titulo universalis de Conversione infidelium, ibi non esse sermōnem, nisi de illis infidelibus, qui validè latet non sunt insigniti Baptismate. Quia proinde Hæretici nomen complectitur sectam ab Ecclesiâ sanctâ deficientem, cujus nomine Originarij latet veniunt etiam Saraceni, de quibus in eo Canone sermo est, idcirco nomen illud meritò expunctum fuit ab illo Ca-

none, utpote æquivocum, dum plerumque quidem significat sectam Baptismatis valorem minimè auferentem, subinde tamen denotare potest sectam in suâ origine ab Ecclesiâ deficientem, sed eòsque progredientem, ut Baptismate sublato, jam sit in censu infidelium paganorum.

6. Ex Bellarmino de Romano Pontifice cap. 135. liquet, illos Summorum Pontificum in speciem discrepantes Canones, re ipsâ minimè discordare, vel aliquid Divinæ doctrinæ contrarium ex alterutra parte sancire. Nam in primis Nicolaus IV. non definiendo, sed suam explicando sententiam solummodò pronuntiavit, paupertatem, quæ nec in communi, nec in particulari quidquam possidet, esse perfectiorem, atque magis meritam: quod Ioannes XXII. directè non impugnavit, sed tantùm renuntiavit iuri, quod Pontifex Romanus habere dicebatur in possidendis omnibus Fratrum Minorum bonis. Deinde in ea, quam Christus tenebat, paupertate non dissentiebant Nicolaus & Ioannes: hic enim sanciebat quidem, hæreticum esse sermonem illum, quo dicebatur Christus nunquam habuisse aliquid proprij: ille verò asseruit, Christum equidem tantam aliquando servasse paupertatem, ut neque in communi, neque in particulari aliquid haberet, aliquando tamen admisisse aliquid in communi, quia Iudas loculos habebat. Quæ proinde si inter se combinentur, nihil habent contrarietatis.

PROBATIO II.

Dèsumpta ex Decreto Gratiani ex causa

24. q. 1.

Ibi namque in Cap. Hæc est fides. discretè dicitur, in Papa esse Petri fides & sedes. Et Cap. Schisma. pronuntiatur schismaticus, qui non credit, quod Romanus Pontifex credendum præcipit. Porro in Cap. Arcelâ. traditur sancta & Apostolica mater omnium Ecclesiarum per Deionnipotentis gratiam à tramite Apostolicæ traditionis nunquam errasse, neque hæreticis novitatibus depravatam succubuisse, sed ut in exordio normam fidei Christianæ percepit ab Antiquioribus suis Apostolorum Christi Principibus illibatum finetenus manere. In Cap. Memor sum, habetur insuper Pontificem præsidere Ecclesiæ sub illius nomine: scilicet Petri, cujus fides nullam hæresin unquam fovit, sed omnes hæreses destruit. Quandoquidem igitur Petri fides ac sedes ita sint conjunctæ, ut, qui à dogmatibus per hanc credi iussis, se separat, sit schismaticus, utpote divius ab Ecclesiâ, illibatè tenente fidei Christianæ normam ab Apostolis traditam, evidenter hinc sequitur, Papam, ex Cathedra, id est sede Petri, hoc inseparabiliter innixâ, nec ullius unquam hæresis consortio, sed cunctas econtra hæreses destruentem decernentem, ex Divina ordinatione proflus immunem esse à fidei erroribus.

Quare meritò reformidanda est Hadriani Papæ constitutio in Cap. Generali 25. q. 1. ita decernentis: Generali decreto constitutus, ut execrandum anathema sit, & veluti prævaricator Catholica fides semper apud Deum existat, quicumque Regum,

Ccccc

Regum,

Disquisitio IV. Objectio. Responsio. Itera objectio. Nihil potest ex parte adve...

Regum, seu Episcoporum, vel Potentum deinceps Romanorum decretorum censuram in quocunque crederit, vel permiserit violandam,

PROBATIO III.

Prioris continuativa ex decreto Gratiani dist. 12. & 19.

138. **E** Tenim in Cap. Non decet. dist. 12. Calixtus Papa ita rescripsit: Non decet à Capite membra discedere, sed juxta sacre Scripturæ testimonium omnia membra Caput sequantur. Nulli verò dubium est, quod Apostolica Ecclesia mater est omnium Ecclesiarum, à cujus vos regulis nullatenus convenit deviare. Eadem dist. Cap. Præceptis. Gregorius Papa Episcopis per Galliam, Germaniam, & universas provincias constitutis sic rescribit: Per obedientiam, quæ à sancta Romana Ecclesia & Apostolica auctoritate jussa sunt, salutiferè impleantur, si ejusdem sanctæ Dei Ecclesiæ, quæ est Caput vestrum, communionem habere desideratis. In Cap. Romanorum dist. 19. Nicolaus Papa mandat, ut quod Apostolica probavit Ecclesia, teneatur acceptum. Eadem dist. in Cap. Sic omnes. Agatho Papa dicit: Omnes Apostolicæ Sedis sanctiones accipiendas esse, tanquam ipsius Divini Petri voce firmatæ sint. Quid ergo clarius dici potuisset ad stabilendam Papæ ex Cathedra Apostolica loquentis in rebus fidei infallibilitatem, in vi cujus oporteat, omnia Ecclesiæ membra sequi Caput in tantum, ut quisquis ea, quæ Apostolicâ auctoritate sunt jussa, non adimplerit, à sanctæ Dei Ecclesiæ communionem sit alienus, non aliam ob rationem, nisi quia Sedis Apostolicæ sanctiones perinde sunt accipiendæ, ac si ipsius Divini Petri voce firmatæ essent. Ad quam proinde Petri in Romano Pontifice etiamnum loquentis vocem, meritò Clerus Gallicanus suam faciat reflexionem, cum, uti S. Leo in epist. 87. ad Episcopos Viennenses, Cap. Ita Dominus. dist. 19. relatus scripserat: Christus Petrum in consortium individua unitatis assumptum id, quod ipse erat, voluit nominari dicendo: Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam: ut sic æterni ædificatio templi mirabili munere gratiæ Dei in Petri soliditate consisteret.

§. IV.

Corollarium.

139. **H**inc coronidis loco lubuit Clerum Gallicanum ad sequentes sacros Canones non tam revolvendos; quam verbo & opere amplectendos invitare. Quorum primus Paschalis Papæ in Cap. significasti. De elect. ita se habet: Ajunt, in Concilij statutum non inveniri, quasi Romana Ecclesiæ legem Concilia vlla præfixerint, cum omnia Concilia per Romani Pontificis auctoritatem & facta sint, & robur acceperint, & in eorum statutis Romani Pontificis patenter excipiatur auctoritas. Cum igitur à Sede Apostolica vestræ insignia dignitatis exigitis, quæ à B. Petri tantum Corpore assumuntur, dignum est, ut vos quoque Sedis Apostolicæ subjectionis debita signa sol-

vatis, quæ vos cum B. Petro tanquam de membris habere, etiam Catholici Capituli unitatem servare declarant.

Secundus verò Innocentij IV. Canon in Cap. Majores. De Baptismo. sic decessit: Majores Ecclesiæ causas, præsertim articulos fidei controversos, ad Petri Sedem referendos intelligi, qui, cum quaerenti Domino, quem discipulis dicerent, ipsum esse, respondisse notabat: Tu es Christus Filius Dei vivi: & pro eo Dominum exorasse, ne desiciat fides ejus.

Tertius denique Lucij III. Canon in Cap. Ad absolvendum. De hæreticis. vinculo perpetui anathematis innodat universos, qui de Sacramento Corporis & Sanguinis Christi aliter sentire, aut docere non metuunt, quam sancta Romana Ecclesia prædicat, & observat, &c. Quomodo autem horum Canonum firmitas subsisteret, si Romanæ Ecclesiæ Capituli, Summi Pontificis ex Cathedra loquentis, in rebus fidei jadicium non esset infallibile?

~~~~~

DISQUISITIO V.

An ex unanimi Patrum consensu & præxi Ecclesiæ, rationeque Theologiae demonstrari possit Papæ in rebus fidei omnimoda & irrefragabilis infallibilitas?

§. I.

Referuntur Patrum hæc de sententiæ.

**A**uthor de libertatibus Ecclesiæ Gallicanæ cit. lib. 7. capp. 6. 7. 8. & 9. ab auctoritate SS. Patrum fuse probat certitudinem iudicij Summi Pontificis in fidei questionibus. Ad quem proinde Authorem, ne longior esse debeat, hic remitto Lectorem. Exinde cap. 10. exhibet antiquioris, imò & modernij Cleri Gallicani sententiam de iudicio Papæ in rebus fidei. Toti, inquit, Clero Gallicano, tribuendum non est, quod gestum est ab Episcopis Parisijs congregatis. Non enim conventus ille, qui non errandi privilegium Summo Pontifici adimere tentavit, Concilium Nationale erat, nec ij, ex quibus constabat, aliorum procuracionem ad definiendas eas quæstiones acceperant. Imò admodum odiosa reliquis omnibus, vel ferè omnibus in Gallia, sicut & in omnibus alijs Nationibus, visa est declaratio illorum Episcoporum, vel ob id saltem, quod tunc temporis edita esset, cum non aliò spectare posse videretur, quam ut Summum Pontificem pro Ecclesiarum Gallicanarum libertate contententem deterreret.

Si autem ex cæteris (quod præsumendum non est, saltem de multis) poenarum in edito Regio declarationem illam confirmante contentarum metu, aliqui ad istorum sententiam accederent, audienda potius esset Gallicana Ecclesiæ, tunc temporis loquens, cum minus suspectus erat ejus clamor. Episcoporum illius Nationis tum seorsim, tum simul,

de sanctæ Sedis decretis circa fidem olim dis- ferentium verba retulimus in capitibus supe- rioribus. Sed ne putes, sequentibus tempo- ribus defecisse fidem ac religionem illius Cle- ri, addenda sunt diversorum temporum ex- empla, ex quibus & alijs, quasi perpetuæ traditionis series contexi possit.

3. Hincmarus Archiepiscopus Rhemensis, quem ad extollendam nimis auctoritatem Pontificis Romani proclivem nemo, qui ejus ingenium perfectum habuerit, facile suspi- cabitur, illustre testimonium in hac parte red- dit sanctæ Sedi in præfatione opusculi de divor- tio Lotharii Regis, & Gerbergæ Regine. De omni- bus dubijs vel obscuris, inquit, quæ ad recte fidei tenorem, vel pietatis dogmata pertinent, sancta Romana Ecclesia, ut omnium Ecclesiarum Mater & Magistra nutritrix & doctrix, est consulenda, & ejus salubria monita sunt tenenda, maxime ab his, qui in illis regionibus habitant, in quibus Divina gratia per ejus prædicationem omnes in fide genuit, & Catholico lacte nutrit, quos ad vitam præordi- navit æternam. Si omnium Ecclesiarum Magi- stra & Doctrix est Ecclesia Romana, cur non Ec- clesiæ Gallicanæ, vel etiam universæ? An hæc tota distinguitur ab omnibus suis partibus? An sensus compositus à sensu diviso hæc in re olim discretus est? At, inquit, Ecclesia Roma- na consulenda est, & ejus monita tenenda, sed eâ conditione dummodò sint salubria. Irridet & non profiteretur, qui Summum Pontificem in eo sensu alloquitur, aut de Ecclesia Roma- na ita loquitur; cujus enim vel vilissimi ho- minis monita non sunt tenenda, si salubria sint? Sed eâ ipsâ ratione, quod ab Ecclesia Roma- na dantur, quæ est omnium Ecclesiarum Magi- stra & Doctrix, salubria habenda sunt & tenenda.

4. Ivo Carnotensis episc. 8. ad Richerium Seno- nensem Archiepiscopum cum, qui Ecclesiæ Ro- manæ non concordat, hæreticum declarat; dicitis etiam in litteris, me Sedem invasisse Gaufridi Coepiscopi vestri, in quo manifestè contra Sedem Apostolicam caput erigitis, dum, quod illa edificat, vos, quantum in vobis est, destruitis; & quod illa destruxit, vos edificare contenditis. Hujus judicij & constitutionibus obviare, planè est hæreticæ pra- visatis notam incurrere, cum Scriptura dicat: hæreticum esse constat, qui Romanæ Ecclesiæ non con- cordat.

5. Jacobus Cardinalis Vitriacus in hist. O- rient. cap. 75. anno 1230. Patet ergo, inquit, eam super hanc Petram, pro qua Dominus roga- vit, ut non desiceret fides ejus, post Christum adifi- cata sit, & fundata Christi Ecclesia, quod omnes, qui ab Ecclesia Romana recedunt, absque fundamen- to adificant, in vanum laborantes, & ab eo, qui à Domino Cephas appellatus est, separati, accephali, & monstruosi homines meritò sunt reputandi.

6. Que esset Ecclesiæ Parisiensis de judicio Summi Pontificis in decidendis quæstionibus ad fidem spectantibus sententia, anno 1324. de- claravit Stephanus Episcopus Parisiensis litte- ris pro B. Thomæ Aquinatis doctrina editis. De Concilio, ut ibi dicitur, venerabilium viro- rum Decani & Capituli Parisiensis, & venerabi- lis P. D. Guillielmi Dei gratiæ Archiepiscopi Vien- nensis sacra Theologia Professoris, & aliorum 23,

Magistorum in Theologia, nec non 39. Baccalau- reorum in Theologia. Hæc enim declaratio facta est ob eam causam, quæ his verbis ex- primitur. Nos igitur attendentes eum eis, quod sacrosancta Romana Ecclesia fidelium omnium Ma- ter & Magistra in summissima Petri Christi Vicarij confessione fundata, ad quam velut ad universalem regulam Catholicæ veritatis pertinet approbatio, & reprobatio doctrinarum, declaratio dubiorum, determinatio tenendorum, & consuetio errorum, præfatum Doctorem venerabilem, cuius doctrinâ fulget Ecclesia ut sole luna, nuper sanctorum catha- logo adscribendum, doctrinæ diligenti excussione, & examinatione præhabita super vita ipsius & doctri- na, ipsamque quoad vitam puram, ac doctrinam salutare orbiter commendabilem prædicavit, &c. Quæ declaratio eò majoris est ponderis, quod qui eam edidit Episcopus, idem antea qualdam Divi Thomæ sententias impugnari permiserat. Unde constat, illum ideo mutasse sententiam, quia, ut significat, Romana Ec- clesia sancti Doctores doctrinam commendat. Hist. Vnvers. Paris. tom. 4. ad dictum an- num 1324.

7. Franciscus Archiepiscopus Rothomagen- sis in Apologia Evangelij pro Catholicis ad Jacobum Majoris Britannie Regem, Patris anno 625. edita lib. 2. c. 1. multa scribit, quibus infalli- bile Summi Pontificis judicium in materia fi- dei probat. Grandi, inquit, quodam privilegio Romanus Pontifex custos fidei Phylax 135 piftois à Patribus habitus, ut Ephesina acta Celestino Papa Celestino to Phylachi piftois, Celestino Custodi fi- dei acclamatum testatur. Nec non & postea in- sertum Chalcedonensibus actis insigne monumentum illud est Petri Episcopi Ravennatis epist. ad Euty- chen. In omnibus autem hortamur te, frater ho- norabilis, ut his, quæ à beatissimo Papa Romano civitatis scripta sunt, obedienter attendas, quoni- am B. Petrus, qui in propria Sede vivit & præsidet, præstat querentibus fidei veritatem. Nos enim pro studio pa- is & fidei, extra consensum Romanæ civitatis Episcopi, causas fidei definire non possumus &c. Denique multa colligit Romani Pontificis epitheta idiplum significantia, quod sit Custos fidei, violatæ fidei vindex, caput totius fidei &c. Cap. 2. c. 1. ceter partem. epistole Agathonis Pontificis in sexta Synodi ad. 4. Synodice lectæ de Ecclesia Romana dicentis ad Imperatores; Hæc spiri- tualis Mater vestri tranquillissimi imperij Apostolica Christi Ecclesia, quæ per Dei omnipotentis gra- tiam à tramite Apostolicæ traditionis nunquam er- rasse probabitur, nec hæreticis novitatibus deprava- ta succubuit, sed ut ab exordio fidei Christianæ perce- pit ab Authoribus suis Apostolorum Christi Princi- pibus, illibata finetenus permanet. Cap. 12. majori cum energia: Cui non patet, inquit, fidei os- tium Romanis clavibus aperiendum, à Romano- que Pontifice patefaciendum esse?

8. Jam à primis sæculis, ut testatur S. Leo epist. 89. sancta Sedes ab Episcopis Gallicanis innumeris est relationibus consulita, qui mos nunquam non viguit. Porro ejus responsa ita suscipiebantur, ut postea consulentes non vacillarent, atque adeò reformabilia esse non suspicarentur, quod tum ex multis, quæ jam diximus, constat, tum hæc confirmandum est resti.

Disquis. V.

DISQUISITIO

S. I.

Referuntur Patrum hæc decreta

Auctor de libertatibus Ecclesiæ... Si autem ex cæteris (quod præter- itum est, saltem de multis) pariter in Regno declarationem illam non teneantur metu, aliqui ad doctrinam accedere, audientes potius esse Ecclesiæ, tunc temporis leges, quæ suspectus erat ejus ceteris. Episcopus illius Nationis tum scribit, tum...

testimonio celeberrimi Agidij Archiepiscopi Bituricensis, qui expositione Cap. Cum Martha de celebrat. Miss. ait: Archiepiscopus igitur Lugdunensis de omnibus his dubitans, Sedem Petri, ad quam pertinet, majores causas, & præsertim articulos fidei, & ea, quæ ad articulos ordinantur, decidere, consuluit, ne in ipsis ulterius vacillaret.

9. Nicolaus Coesetanus Theologus Parisiensis, ac postea Massiliensis Episcopus in tractatu suo pro sacra Monarchia Ecclesiæ Catholicæ, Apostolicæ & Romanæ adversus Rempublicam Marci Antonij de Dominis Archiepiscopi Spalatensis parte 5. discuss. n. 5. cap. 12. lib. 7. indefectibile fidei lumen in Summo Pontifice his verbis astringit: Dico igitur, non esse par lumen in reliquis cum Summo Pontifice. Namque uni ei in persona Petri dictum est: Ego rogavi pro te, ut non deficiat fides tua. Quare eâ luce colustratus plus ejus oculus cernit, quam multorum oculi, &c.
10. Luculentius mentem suam aperit Illustrissimus Gabriel Albaspineus Aurelianensis Episcopus in hæc verba Tertulliani, Episcopus Episcoporum lib. de pudicitia. Quæcumque igitur, inquit, ratione aut mente de Romano Pontifice hæc dixerit Tertullianus, sermo, vel per ludibrium, illis tamen temporibus penes eum potestatem fuisse de rebus fidei judicia peremptoria ferre, & totius orbis Episcopus monere, atque docere, quis non agnoscat? Eoque magis, quod unus Tertullianus jam hæresi implicitus, de hac re cæteris Ecclesiæ Episcopis non reluctantibus conqueratur: nam de his rebus eum oppugnando conjecturam facit, eâ tempestate id juris Romanis Episcopis concessum fuisse, eoque revera hanc potestatem exercuisse. Vide ejus notam in hæc verba S. Optati Episcopi Milevitani de B. Petro loquentis lib. 2. de schism. Donat. Qui dicit ad se Angelum.
11. Illustrissimus Petrus de Marca Archiepiscopus Tolosanus in quodam M. S. quod Stephanus Baluzius in compendio ejus vitæ libris de concordia præfixo asserit, ultimum esse Illustrissimi illius Archiepiscopi opus, paulo ante mortem ab ipso confectum, ubi infallibile Papæ in fidei quæstionibus judicium ita defendit, ut opinionem contrariam antiquorum Doctorum Universitatis Parisiensis (Gerfonium & alios innuebat, de quibus postea) ab Ecclesia tolerari tantum asseruerit; cæterum tunc ipsiusmet Universitatis, & aliarum omnium Doctores, pro infallibili Papæ judicio stare.
12. Non Episcopi singulares tantum, sed ut olim Concilia, ita posterioribus temporibus conventus, & Comitium Cleri Gallicani privilegium illud sanctæ Sedis venerata sunt. Celeberrimus conventus Melodunensis anno 1579. tit. 1. constitutionum, qui est de fidei professione, sic decrevit: Operam dabunt ij, quibus hæc cura demandata est. Episcopi scilicet, & eorum Vicarij, ut in omnibus Synodis tam Diocesanis, quam Provincialibus, omnes & singuli tum Clerici tum Laici amplectantur, & aperta professione eam fidem pronuntient, quam S. Romana Ecclesia, Magistra, columna, & firmamentum veritatis profiteretur & colit. Ad hanc enim propter suam principalitatem necesse est, omnes convenire Ecclesias.

Sed quid sibi volunt verba illa epistolæ Comitiorum Generalium Cleri Gallicani ad Innocentium X. Pontificem Maximum 2. Calend. Novemb. anno 1650. Semus, ubi Caput Ecclesiæ, ibi totius fidei arcem, totius & disciplinæ Metropolitim; eoque convenitur à nobis libertatis, quod in Præfulum Primatis sine Præfules, si quando illis dolet, maxime à vulneribus Ecclesiæ, justissimas querelas suas deponere par est. Ad eone parum tuta est religio nostra, ut totius fidei arcem hæresi disjici posse sentiamus? Ad eone parum firma est petra, super quam Christus ædificavit Ecclesiam suam, ut portæ inferi prevalere possint adversus eam? Ad eone inefficax Christi oratio, ut Petri, pro quo rogavit, defectura sit fides in ejus successoribus? Sed Ecclesiæ Gallicanæ mens luculentius apparet in epistolis anno 1673. editis.

§. II.

Refertur sententia Universitatis Parisiensis, ejusque Doctorum, imò & Senatûs Parisiensis.

Accedit etiam autoritas Universitatis Parisiensis, ac Doctorum particularium illius, nec non Senatûs Parisiensis, asseverantium, Papæ judicium in causis fidei esse irrefragabile; uti præfatus Author de libert. Ecclesiæ Gallicanæ præf. cap. 9. deducit. Anno, inquit, 1387. tota Universitas Parisiensis in Consistorio apud Clementem, quem tanquam legitimum Pontificem sequebatur, per Magistrum Petrum de Alliaco infallibile Romani Pontificis judicium in causis fidei esse, professus est his verbis in hist. Universit. ad hunc annum relatis: Igitur pro vestris humilibus signis Universitatis prædicitæ & pro nobis eorum namque, qui suis in hac parte obsequimur mandatis, & documentis innisimur, corde & ore unanimiter protestamur, quod quidquid hætenus in hac causa per eos actum est, & quidquid in ea nunc vel aliat pro eis acturi, aut dicturi sumus, totum correctionis, & judicio Sedis Apostolicæ, & sedentis in ea Summi Pontificis humiliter submittimus, dicentes cum beato Hieronymo 24. quæst. 1. Hæc est fides, Pater beatissime, quam in Catholica Ecclesia didicimus, in qua si minus periret, aut minus caute foret aliquid positum est, emendari petimus à te, qui Petri fidem & Sedem tenes. Non ignoramus enim, sed firmissimè tenemus, & nullatenus dubitamus, quod sancta Sedes Apostolica est illa Cathedra Petri, super quam eodem Hieronymo teste, fundata est Ecclesia; ut habetur eadem quæst. in Cap. Quoniam vetus. Et sicut dicit Cyprianus 95. dist. Qui Cathedram. De qua Sede in persona Petri Apostoli in ea Sedentis dictum est: Petre, rogavi pro te, ut non deficiat fides tua, Luca 22. Hæc est igitur, ad quam determinatio fidei & approbatio veritatis Catholica, ac hæreticæ impietatis detestatio maxime pertinet. Ad eone erat veneranda illi Universitati sententia de infallibili judicio Papæ, ut ante hunc annum nullus ejus Facultatis Doctor ab ea recesserit, & postea, licet occasione schismatis, aut



aliorum dissidiarum ab ea nonnulli declina- verint, nunquam tamen ab ipsis Universita- tis incunabulis usque ad postremas contentio- nes defuerint Doctores, qui eam sequerentur.

15. De antiquis testatur generatim Ande- as Duvallius Academiæ Parisiensis alumnus, ac Theologiae Professor in lib. de *suprema Ro- mani Pontificis in Ecclesiam potestate*. anno 1614. in lucem emisso, & à duobus alijs Doctoribus approbato; sensisse illos, privilegium in fide non errandi à Petro ad ejus Successores deflu- xisse, nec nisi à ducentis annis quemquam ab ea recessisse. Hæc sunt ejus verba: *Velint nolint Adversarij, siquid constet, veteres Ecclesie Gallicane Proceres hanc in Summis Pontificibus Petri successoribus infallibilitate semper agnovisse, Christiane Do- mini orationem in Petro non stersisse, sed ad ejus Suc- cessoris certissime transisse, eisque, qui hanc verita- tem impugnare conati sunt, à ducentis aut circiter annis, quibus in Ecclesia horrenda schismata irruerunt, capisse. Quæ Doctoris assertio exemplis est roboranda.*

16. Alcuinus S. Benedicti Monachus, Caroli Magni Præceptor, eique, ut voluit Galli, fun- dandæ illius Universitatis Author, hæc habet lib. 1. de *Divin. offic. cap. 19. Religionis cultum sic Dominus instituit, ut in Beatissimo Petro principaliter collocaret, atque ab ipso quasi capite dona sua vellet in corpus omne manare.* (Nota hæc ver- ba, in corpus omne, ne putes, Alcuinum sensisse, à Summo Pontifice in alias Ecclesias seorsim acceptas, non autem in corpus ipsum Ecclesie Universalis fidei veritatem, aliaque Divina dona manare.) *Vnde constat, ab Vni- versali orbis communionem separatos esse, sicut docet B. Pelagius, qui qualibet dissensione inter sacra mysteria Apostolice Pontificis memoriam secundum consuetudinem non frequentant.*

17. Albertus Magnus S. Thomæ Magister, qui tanto discipulorum concursu Parisijs do- cuit, ut, cum schola nimis esset angusta, in foro, quod ab ejus nomine nuncupatur, lege- re coactus sit, ex verbis Christi ad Petrum: *Rogavi pro te &c. inferet, Petri successores à fide, quantumvis illa imperatur, non defe- cturos.* Hoc argumentum, inquit, *efficax est pro Sede Petri, & successore ipsius, quod fides e- jus finaliter non deficiat.* Obscuritatem ali- quam parit vox illa, *finaliter*, ac fortè de per- severantia finali in fide aliquis eam inter- pretaretur, nisi constaret, eam quidem inter- pretationem S. Petro posse accommodari, non autem successoribus ejus, quibus si non esset da- tum in determinandis fidei quæstionibus non errandi privilegium, multò minùs affirmare li- ceret, promissam ipsis ut privatis personis, fina- lem in fide perseverantiam, multò minùs de Sede ipsa B. Petri, cujus etiam meminit (*Pro Sede Petri & successore ipsius*) posset illa vox, *finaliter*, accipi. Ea igitur vis est vocis illius, posse scilicet Romanum Pontificem in rebus ad fidè spectantibus, dum eas agnat, ac discutit, a- liquatenus fluctuare, quemadmodum Joanni XXII. contigit circa visionem beatificam ante judicium universale; rebus tamen agitate & discussis non posse quidquam solemniter definire, ac toti Ecclesie credendum proponere, quod sit ab orthodoxa fide alienum.

18. Sanctus Thomas Aquinas Universitatis Parisiensis Alumnus, ac in ea deinde celeber- rimus Magister non potuit luculentius supre- mum & infallibile Summi Pontificis in de- cidendis circa fidem dubijs iudicium proficere, quàm his verbis 2. 2. q. 1. art. 10. *Ad illius auctori- tatem pertinet editio Symboli, ad cuius auctori- tatem pertinet determinare ea, quæ sunt fidei, ut ab omnibus inconcusse fide teneantur. Hoc autem pertinet ad auctoritatem Summi Pontificis, ad quem majores, & difficiliores Ecclesie quæstio- nes referuntur; ut dicitur in Decret. extra. De Baptismo C. Majores. Vnde & Dominus Lucae 22. Petro dixit, quem Summum Pontificem constituit; Ego pro te rogavi, Petre, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando conversus confirma fratres tuos. Quæ cavillatione locum istum obscurabit Launoius? Non hic ad Ecclesiam Romanam, non hic ad Sedem Apostolicam, sed ad auctori- tatem Summi Pontificis pertinere dicitur. finali- ter determinare ea, quæ sunt fidei, ut ab om- nibus inconcusse teneantur.*

19. At fortasse licet non exprimat, intelli- gittamen S. Thomas eum Summum Pontifex in Concilio Oecumenico sedet, ac præsidet. Contrà verò, eam restrictionem ex- pressis verbis rejicit S. ille Doctor de potentia q. 10. art. 4. ad 13. ubi postquam Summo Pon- tifici, sicut & Concilio Oecumenico auctori- tatem tribuit interpretandi Symbolum, subjungit: *Sicut autem posterior Synodus Potesta- tem habet interpretandi Symbolum à priorè Synodo conditum, ac ponendis aliqua ad ejus explanatio- nem, ut ex prædictis patet; ita etiam Romanus Pontifex hoc sua auctoritate potest, cujus auctori- tate solà Synodus congregari potest, & à quo sen- tentia Synodi confirmatur, & ad ipsum à Synodo appellatur. Quæ omnia patent ex gestis Chalcedo- nensis Synodi.* Objectionem de necessitate Concilij præoccupat his verbis: *Nec est necessarium, quod ad ejus expositionem faciendam Vni- versale Concilium congregetur, cum quandoque id fieri prohibeant bellorum dissidia, sicut in septima Synodo legitur, quod Constantinus Augustus dixit, quod propter imminentia bella universaliter Episco- pos congregare non potuit: sed iamen illi, qui con- venerunt, quædam dubia in fide exorta, sequentes sententiam Agathonis Papæ, determinaverunt. Scilicet quid in Christo sint due voluntates, & due a- ctiones, & similiter Patres in Chalcedonensi Synodo congregati, secuti sunt sententiam Leonis Papæ, qui determinavit, Christum esse in duabus naturis post Incarnationem.*

20. Antiquos secuti sunt novi quàm plures: Ioannes à Celaia Doctoratus Lauream in U- niversitate Parisiensi assecutus in 2. sentent. dist. 25. q. 4. quintam hanc ponit conclusionem: *Quinta conclusio est ista. Romanæ Sedis iudicium in his, quæ fidei sunt, & ad humanam salutem ne- cessaria, errare nequit; Quod probatur ex pro- missione Salvatoris nostri Lucae 22. quæ verba alle- gat Bernardus scribens Innocentio Papæ . . . . I- dem asserunt D. Cyrillus, D. Chrysostomus, & D. Gregorius. Deinde illorum rejicit sententi- am, qui infallibilitatem penes Ecclesiam uni- versalem tantùm, non autem penes Roma- num Pontificem solitariè sumptum reponunt.*

D d d d

Con-

Contra istam conclusionem arguitur. Doctores Catholicos glossant illam auctoritatem Salvatoris de universali Ecclesia; & non de Sede Romana, ergo malè assumitur talis auctoritas pro fundamento istarum conclusionum. Ad hanc replicam respondetur negando antecedens, imò necessarium est dicere, quòd non intelligatur de Universali Ecclesia. Nam subiungitur: Et tu aliquando conversus &c. Idcirco D. Cyrillus, & D. Chrysostomus, & D. Leo, & B. Agatho, & D. Bernardus, & Anselmus, & Albertus Magnus, & D. Thomas glossant præfatum auctoritatem de Ecclesia Romana, ut distinguitur ab alijs Ecclesijs.

21. Andreas Davallius, ut supra diximus, Doctor Sorbonicus, & in Academia Parisiensi Regius Theologiæ Professor, de suprema Romani Pontificis in Ecclesiam potestate tractatum emisit in lucem anno 1614. eumque approbârunt G. I. Roger, & I. Roche, Facultatis Theologiæ Parisiensis Doctores his inter alia verbis: *Iuris ut fiat publici, operæ pretium duximus, ad sanctissimam Domini nostri Papæ auctoritatem tuendam, nec non ad summam cum eodem Capite suo visibili Romano Pontifice unionem arctissimè retinendam, cui aliter schismaticorum mala mens, malisque animus malè & seditiosè consultum veller.* 10. Kal. Febr. anno salutis 1614.

22. Ioannes Puteanus Augustinianus Professor Regius in Academia Tolosana, qui Parisijs Theologiam didicerat, in 2. 2. S. Thomæ q. 1. art. 6. dubit. 2. conclusionem hanc secundam ponit: *Solus Pontifex Maximus est, res de fide Catholica definire, & eisdem ceritè & indubitanter proponere credendas, quam sacræ Scripturæ, Patrumque, atque aliorum Doctorum testimonijs probat.* In solutione autem primæ objectionis infallibilitatem, quam habent Episcopi in Concilio Universali, connexioni, quam habent cum Summo Pontifice, adscribit, eamque Concilio, absente Summo Pontifice, denegat. *Infallibilis ista assistentia Spiritus sancti non est aliunde repetenda, quam à promissione D. Petro facta. Unde propter connexionem, quam supponimus dari inter Episcopos, & Pontificem Maximum, in Concilio Generali, statuéndum est, Episcopus illi congregatos nullo modo errare posse in rebus de fide decidendis. Si tamen fuerint congregati totius orbis Episcopi, absente Pontifice Maximo, & eius Legatis, Episcopi subiunguntur erroribus.*

23. Leonardus Coquæus, etiam Augustinianus, in Universitate Parisiensi Doctor Theologus in Antimorneo tom. 1. pag. 83. Quomodo igitur, inquit, agrè ferunt (hæretici) nos Romanum Pontificem Concilij superiorem asserere? Et Romano Pontifici, & Concilij Oecumenicis in Spiritu sancto legitime congregatis tantum deservimus, ut nec illum, nec ista, in definiendis, quæ ad fidem & mores pertinent, ac Regimen Ecclesiæ spectant, errare posse asseramus: nec quidquam toti Ecclesiæ proponere credendum: quod sit erroneum; ut hæreticus, aut temerarius ille sit nobis, qui vel Romani Pontificis, vel Oecumenicorum Conciliorum statutis ac definitionibus refragari audeat. Tomo autem 2. pag. 237. Cùm sedeat in Cathedra Petri, pro quo Dominus rogavit, ut non desiceret fides eius; & ut confirmaret fratres suos, non sines eum ex illa Cathedra aliquem errorem loco fidei

salutifera obtrudere fidelibus credendum.

Hervæus Natalis Brito Orcinis Fratrum Prædicatorum Generalis in tract. de potestate Papæ, quem refert, & sequitur S. Antoninus Archiepiscopus Florentinus, eisdem Ordinis 3. p. Summæ Theologiæ tit. 22. cap. 2. §. 3. probat necessitatem unius Capitis in Ecclesia ex necessitate conformitatis in veritate fidei, & morum hoc modo: *In tota universitate Christiana debet esse conformitas de his, quæ pertinent ad veritatem fidei & bonos mores circa necessaria ad salutem. Sed talis conformitas non potest salvari, nisi in ordine ad unam Caput, seu unum Præsidentem, ad quem spectet sententia, quid credendum, & quid non credendum, &c.* An Christus constituit Summum Pontificem ad definiendas ejusmodi controversias; Pro tota universitate Christiana, negavit, quæ necessaria erant, ut certa esset ejus definitio, quæ necessaria ad salutem?

Infallibile iudicium Papæ in decidendis fidei controversijs probat Michael Mauclerus Parisinus Doctor Sorbonicus in libro de Monarchia Divina Ecclesiastica & seculari Christiana, Parisijs anno 1622. editis, & Gregorio XV. ac Ludovico XIII. Regi Francia electis 2. part. lib. 4. capp. 4. 5. 6. & 7. eamque communem esse in Scholis Theologorum sententiam asserit dicto cap. 4. his verbis: *Hæc illa communis sacræ sapientia Professorum, quæ docetur in Scholis, assertio, disceptationum, causatarumque de fide, consensum, motumque Romani Pontificis in Cathedra Petri sedentis consopitum iudicio finiri. Sic tenentur Doctores Gallicani aliqui schismatis, vel alterius dissidij occasione non exasperati.*

Ita ad auctoritatem Joannis Gersonij, ejusque sequacium, respondet Andreas Davallius part. 2. q. 1. Scio quidem, in re Pontificis, Aliacensem, Gersonum, & Almainum non esse tanta auctoritatis, quia tempore schismatis fuerunt, & scripserunt, duo priores, quando tres pro Pontificibus gerebant: postremus tamen, nempe Almainus tempore Julij II. & Concilii Tridentensis, quo Gau. a sub Ludovico XII. à Sede apostolica dejectus, &c. Aliam asserit responsonem q. 4. ad 9. Ioannes Gerson, inquit, Iacobus Almain, & Ioannes Major, celebres scholæ Parisiensis Doctores, cum nonnullis alijs privilegium infallibilitatis Pontifici denegârunt, sed illud ei concesserunt alijs, quorum quidam multo sunt illis celeberrimi, ut D. Thomas 2. 2. q. 1. art. 10. Ad Summum Pontificem pertinet, ea, quæ sunt fidei, definire, ut ab omnibus inconcusis fide teneantur. Itaque D. Bonaventura singulari scholæ Parisiensis decus & ornamentum, & cujus doctrinam Gerson ad studentes in collegio Navarre, miris laudibus ad celum usque extollit: Hervæus Armoricus, Henricus Gandavensis, & Ioannes de Celata ambros. Societatis Sorbonicæ: itaque Doctores illi, qui in Comitibus scholæ Generalibus errores Malefoni condemnârunt his verbis: *Ad sanctam Apostolicam Sedem pertinet, auctoritate judiciali supremâ circa ea, quæ sunt fidei, definire. Quo fit, ut magis Vigorius me tanquam scholæ Parisiensis desertorem, & velut perducem scriptis suis præducere, & profcindere præsumat, præsertim cùm, ut in Eilencho contra Richerium aperte significavimus, nihil*

nihil quidquam à Facultate Parisiensi contra Pontificis infallibilitatem unquam sit definitum.

27. Ludovicus Bail in Apparatu ad Concilia quæst. 43. & seq. non solum juxta S. Thomæ, quam supra declaravimus, mentem, sed & per ipsa ejus verba respondet ad quæstiones de judicio Papæ in quæstionibus fidei. Hunc, aliosque nonnullos citamus; quia licet fortasse non tanti sint ponderis; tamen cum Galli sint, Galliarum mentem testantur.

28. Denique tamen Universitas Parisiensis non nihil ab antiqua doctrina recessit; sed certis gradibus ac ferè invita. Namque adhuc mense Majo 1664. quo tempore ortum fuerat dissidium inter Alexandrum Papam & Regem Christianissimum, prodijt decretum cum hoc titulo: *Declarationes sacre Facultatis apud Regem Christianissimum super quibusdam propositionibus, quas nonnulli ipsi voluerunt adscribere.* Quintus articulus erat iste: *Doctrinam Facultatis non esse, quod Summus Pontifex sit supra Concilium.* Sextus: *Non esse doctrinam, vel dogma Facultatis, quod Summus Pontifex nullo accedente Ecclesie consensu sit infallibilis.* Hic Facultas modo negativo respondet, non esse doctrinam, &c. Apertius deinde locuta est in censura libri: *Jacobi Vernant anno 1664. & Amedæi Guimenesi anno 1665.*

29. Nihilominus antiquum usum nondum immutavit, neque mutare suadentibus obtemperandum duxit, de quo usu Andreas Duvalius: *Laudabilis, inquit, in Academia Parisiensi viget consuetudo, quæ Baccalavros de quæstionibus Theologicis solemniter respondere protestationes præmittunt, se nolle quidquam contra Decreta sanctæ Matris Ecclesie, nec non sanctæ Sedis Apostolicæ, & Romanæ asserere, aut defendere, & si quid in usu disputationis adversus ejusmodi Decreta, illis exciderit, vel ignorantie, vel immemoriam, vel lingua præcipitio attribuendum velle.*

30. Autoritas Universitatis Parisiensis ad jungenda est, quam illa tam frequenter imploravit, cuique ut primum ultrò, ita deinde invita subjacuit, Senatûs Parisiensis autoritas. Ille igitur Senatus ad Ludovicum XI. per Joannem Lozellier Inquisitionum Camera Præsidentem, cujus oratio refertur à Petro Puteano inter tractatus de libertatibus Ecclesie Gallicanæ, ita Regem alloquitur art. 20. *Protestatur Curia vestra Majestati, se nullo modo, propter quæcumque inferius dicenda, velle excellenti sanctitati, dignitati, honori, & autoritati nostri sancti Patris Papæ, sanctæque Sedis Apostolicæ derogare: sed contra ei omnem honorem, reverentiam, & obedientiam, quam omnes boni fideles Catholici supremo Ecclesie Pastori præstare tenentur, sicut veros filios Ecclesie Matris sanctissimæ reddere, & exhibere: protestans insuper, si quid dictum, factumque à se fuerit, quod correctione egeat, illud totum velle se omnino Ecclesie sanctæ Apostolicæ & Romanæ determinationi submittere, quæ errare non potest juxta Canonem:*

A recta. 24. quæst. 1.

Referuntur ac refelluntur Adversariorum argumenta cum responsionibus & conclusione super ipsam reflexiva.

31. Duplex superest expendendum partis adversæ argumentum. Unam occurrit ex hoc, quod Papa errare saltem possit in ijs, quæ sunt facti, qualia per sepe coincidunt in quæstionibus fidei decidendis, quod argumentum discutimus in sequenti §. IV. Alterum igitur in §. præf. discutendum occurrit, ex eo, quod vix haberi possit certitudo de Papa esse legitime & Canonicè electum, nec adeò, si edat decreta fidei, vel morum, certi esse valeamus, ipsum ut Papam loqui ex Cathedra Apostolica.

ARGUMENTVM.  
Adversariorum.

32. Opponitur ex parte adversa. Fide tantum humanam constare, hunc in individuo hominem, v. g. Innocentium XI. esse legitimum, verumque Pontificem, ac in terris Christi Vicarium. At fides humana errori subest, fierique potest, non esse legitimum Pontificem. Quid enim, si invalidè electus? Quid si non ritè baptizatus? Aut unde nobis constat, ritè baptizatum electumque esse, nisi fide humanam, quæ falli potest? Sic Joannes VIII. sic Formosus veri Pontifices credebantur, & tamen eventus docuit, illum fœminam fuisse, istum non verum, sed imaginarium Papam, & cujus acta à Stephano VI. omnia rescissa sunt. Si ergo fide Divinam & certam Innocentium Pontificem esse non constat, non etiam certam, Divinamque fidei constabit, quæ ab illo decernuntur, certa esse, & ad dogma, si hoc declararet, spectare.

Responsio.

33. Author Regalis sacerdotij cit. lib. 3. §. 9. n. 17. respondet. Hanc objectionem nimium sibi sumere, & si quid prober, non in Pontifices tantum, sed in omnia Concilia, in totam Ecclesiam, & intima fidei Catholicæ viscera grassari. Si enim certam indubiâque fide non constat, Innocentium XI. legitimum Papam esse; ergo nec Innocentium X. nec Clementem IX. nec Alexandrum VII. nec Leonem, nec Agathonem, & Sylvestrum. In omnibus enim, aut nulla subest dubitandi ratio, aut eadem. Si ergo Pontifices, & ab illis definita sunt dubia; ergo etiam, quæ à Concilijs; nam hæc à Pontifice confirmantur, & sine Pontifice tam sunt integra, quam corpus capite suo truncum. Imò ex ipsdem causis, quæ tibi Pontifices, eorumque electiones dubias faciunt, ipsa etiam Concilia in dubium vocantur, quæ ut sint legitima, multò pluribus, quam Pontifices opus habent: dubio verò Pontifice, dubijs Concilijs, du-

bijis etiam, quæ ab illis constituta sunt, quid superest in fide certum? Frustra Ariana hæresis, frustra Nestoriana, Eutychiana, Lutherana, Calvinistica, frustra omnes hæreses damnatæ, nam ut tu dicis, incerti erant Papæ, incerta Concilia, incerta ab utrisque decisa; quæ verò incerta sunt, nec ad hæresin, nec ad fidem pertinent, ut credi necessariò, negarive debeant. Quòd si nemo audet Concilia, quæ ab Ecclesia recepta sunt, in dubium vocare, imò qui hoc agit, æquè, ac qui Evangelia non recipit, hæreticus est, teste D. Gregorio in *Cap. Sicat. dist. 15.* idem de Pontifice Romano dicendum est, par enim, ut paulò ante notavimus, de utrisque est ratio. Et sicut ad fidem non sufficit credere aliquam in genere Ecclesiam, & non istam determinatam, aut aliquas Scripturas sacras, sed non istas, quas manibus terimus; ita nec sufficit, aliquem in Ecclesia Christi Vicarium, aliquod Caput visibile, aliquem Judicem controversiarum, sed non istum, quem Ecclesia elegit, quem Ecclesia colit, à quo leges & decreta, ac in rebus controversis sententiæ procedunt. Quando navigabis, quando litem absolves, quando finem morbo impones, si aliquam quidem navim, aliquem judicem, aliquem medicum velis, sed nullum certum, nullumque, quem possis digito ostendere. nec istum, nec illum admittas? Sic pessimè consultum Ecclesiæ, pessimè fidelibus, si Christus nullū illis Pontificem dedit, cum in morum, tum in fidei decretis certam fidem deberent, certamque obedientiam. Nec in Ecclesia tot retro sæculis, & hæreticis toties in Romanam Sedem armatis, auditum aliquando est, hanc Pontificibus eorumque decretis exceptionem oppositam esse, quòd videlicet non certò constaret, Leonem, Sylvestrum, Damasum legitimos Papas esse. Quanti, putas, hoc inventum Ariani emisissent, ut Nicæno Concilio litem inferrent, & quæ illic Patres deciderant, inania redderent? Sed hoc nostro sæculo, in quo tanta novarum rerum cupido est, vicimus antiquitatem, novo artificio reperto, ut Papam sine Papa, legem sine lege, sententiam sine sententia haberemus, hoc est, aliquem Papam, sed non istum, aliquem Legislatorem, sed non istum, aliquem Judicem, sed non istum, nullumque certum, captà interim credendi, faciendique, quod placet, libertate.

34. Denique post Concilium Constantiense vix intelligimus, quomodò negari possit certà fide hunc in individuo Pontificem pro vero, legitimoque habendum esse. *Sess. enim ult.* Martinus Papa sacro approbante Concilio, ab hæreticis, qui Ecclesiæ Catholicæ conjungi volent, ante omnia exigendum esse dicit: *Vt credant, Papam Canonicè electum, qui pro tempore fuerit, ejus nomine expresso, esse successorem Petri, & supremam habere in Ecclesia potestatem.* Supponit ergo Concilium, credi posse fide Divinà (nec enim de alia fide, quam Divinà hæretici sunt interrogandi) hunc numero & determinatum Pontificem legitimum esse Christi Vicarium; imò credi

debere, nec enim quæ credi non possunt, aut non debent, necessariò credenda sunt.

#### Objeçtio.

EX parte adversa instari potest. Concilium loqui de Pontifice *Canonicè electo*: at non constare, *Canonicè electum esse.*

#### Responsio.

SI constare certà fide non potest, Papam *Canonicè electum esse*, cur ergo Concilium tam accuratè vult hæreticos de hoc interrogari? Erit enim otiosa minimeque necessaria interrogatio, cum sicut constare non potest esse *Canonicè & valdè electum*, ita nec legitimum Pontificem, Christi Vicarium, At Papam legitime baptizatum, ordinatum electumque esse, Deus nunquam revelavit, qui ergo credi potest? Imò tunc revelavit, cum tota Ecclesia Pontificem pro legitimo habuit, recepitque; vox enim, & testimonium Ecclesiæ, quæ falli non potest, vox est & testimonium Dei: sicut enim Deus nunc verbo, nunc litterà, nunc miraculis, ita vocibus, & assensu Ecclesiæ loquitur; juxta illud Christi Domini pollicitum: *Non enim vos estis, qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis; ipse Spiritus docebit vos omnem veritatem.* Ad Dei ergo providentiam, curamque pertinet, ut Ecclesiam, quam voluit esse columnam & firmamentum veritatis, in re tanti momenti errare non permittat, eumque pro Pontifice colere, qui Pontifex non est; aut si permittat circa personam ipsam Pontificis errare, non permittat tamen circa auctoritatem, hoc est, putatio Pontifici eam ipsam auctoritatem, potestatemque, quam vero tribuat, quemadmodum leges humane id ipsum in putatio judice, teste, & matrimonio statuunt. *Leg. Barbarius. De offic. Prætor. Leg. 3. in fin. ff. De suppellect. legat. Leg. 3. ff. ad S. C. M. §. 7. Instit. De testam. ordin. Cap. Infirmis. 3. q. 7. Cap. penult. Et ult. Qui filij sint legitimi.*

#### CONCLUSIO

INCERTITUDO Papæ nullatenus præteritè potest ad hoc, ut vocetur in dubium, an tanquam Papa loquatur ex Cathedra Apostolica, firmumque adeò, ac irrevocabile in rebus fidei proferat judicium.

Explicatur ex præsentis quæstionis comparatione ad hanc quæstionem; *Vtrum in Concilio Tridentino in fidei dogmatibus ab eo decisi, profusus standum sit tanquam Oecumenico, atque adeò infallibili ac irreformabili?* In qua eodem quæstione habemus indubitatum fidei dogma de Concilij Oecumenici vicarià Christi auctoritate insigniti infallibilitate. At quomodò certi sumus particulariter circa Concilium Tridentinum in ijs, quæ Facti sunt, omnia Oecumenici Concilij substantia intervenisse, ita ut nefas sit dubitare de hoc,

hoc, quod sit Oecumenicum? Ad hoc igitur obtinendum, oportet ex illo fidei principio descendere ad argumenta, prudentialis credibilitatis evidentiam non tam in via scientifica demonstrativam, quam prudentia voluntatis moraliter directivam preferentia, ut sic præacti in fide fundati principij applicatoria ad Concilij Oecumenici infalibilitatem credendam. Quod equidem prudentiale, credibilitatis evidentiam fundare aptum argumentum, debet antea esse, quam ut propositio de Concilij legitimitate, fidei autoritate potiri valeat. Neque verò firmius talem, eamque supernaturalem credibilitatis prudentialis evidentiam practicam subministrans, & ad illud fidei principium prudentia infusa certitudine applicans argumentum occurrit, quam ex confessione Ecclesie, Concilium Tridentinum in dogmatibus fidei tanquam Oecumenicum & legitimum uniformiter recipientis. Quemadmodum igitur de anterioribus Concilij Oecumenicis ex historijs luculentissimis communi fidelium consensu comprobatis, sic de Concilio Tridentino communi Ecclesie cum Capite confessione, eum Oecumenico habito, extrahit ejusmodi in linea prudentialis evidentie etiam supernaturalis, fundamentum practice certissimum, sub quo ad præactum de Synodi Oecumenice per Christum sanctam infalibilitatem fidei principium, eatenus subsistat valida applicatio, ut jam nefas esset, de talis Concilij etiam in particulari spectati, infalibilitate ullum habere dubium. Pari proinde ratione circa Pontificis in individuo certitudinem in præsentis cause statu esse statuendum, mox patebit ex subsequenibus.

PROBATIO I.

Qua ostenditur, non tantum quoad se, sed etiam quoad nos immediate ac formaliter esse de fide Divinam, hunc hominem in individuo, nempe Innocentium XI. esse Summum Pontificem, sique aded certissimo niti fundamento, quod in causis fidei sancientis, qua Pontifex ex Cathedra Petri Apostolica decernat.

38. **D**UO namque sunt, quæ Ecclesia acceptat in Pontifice: alterum, quod hic & nunc in particulari sit regula fidei infalibilis; alterum, quod acceptat ipsum tanquam Caput, cui universalis Ecclesia unitur. At in primis est impossibile, quod Ecclesia erret in acceptanda quacunque fidei regula, sive sit definitio Concilij, sive liber aliquis Canonicus, sive Traditio aliqua. Pari ergo ratione est impossibile, quod Ecclesia erret, acceptando Summum Pontificem in particulari tanquam supremam & animatam in fidei rebus proponendis regulam.

39. Neque simile est de proponente proxime res fidei, & prædicante eas, quæ non tenemur credere de fide, quod sit legitimus Evangelij Minister, cum non se habeat tanquam regula determinativa rerum fidei, sed

solum ut Minister alijs intimans ea, quæ credenda sunt: nec proinde illi, qui credunt, ab illius autoritate, sed ex eorum, quæ proponuntur, credibilitate moventur, cujusmodi credibilitas nisi innotescat audienti, nulla stringit credendi obligatio. At secus est in Summo Pontifice, utpote qui proponit res credendas tanquam fidei regula, & iudex determinans, quænam sint credenda, sicque ex ipsius autoritate obligatur homo ad credendum. Necessum igitur est, quod fideles sint certi, Summum Pontificem, cujus est definire, ac regulare res fidei, habere autoritatem illas regulandi & definiendi, cum, si dubitari posset de autoritate ejusdem in particulari ac in individuo spectati, fideles haud certi redderentur, dogma definitum esse de fide.

Deinde Ecclesia acceptando Summum Pontificem, se illi unit ac subijcit, tanquam supremo Capiti visibili. At non est illud Caput visibile, nisi quæ determinatum in particulari. Oportet ergo, Ecclesiam Summi Pontificis electionem pacifice factam acceptare in hac determinata persona, sicque huic Pontifici in individuo se unire ac subijcere, tanquam supremo visibili Capiti. Atqui hoc ipsum est, determinare infalibilitatem, quod iste homo sit Caput Ecclesie: siquidem tota Ecclesia, quæ errare non potest, in exercitio se illi uniat tanquam supremo visibili Capiti: unde schismatici habentur, quotquot ipsum non recognoscunt. Perinde igitur est, quod Ecclesia universalis in actu signato dicat ac definiat: *Hic homo est verè ac legitimè Pontifex*: ac se se uniendo & subijcendo illi, tanquam Capiti, in ipso exercitio id asseveret. At ista Summi Pontificis ipso saltem exercitio quæ legitimi acceptati determinatio versatur in materia fidei, quod nempe hæc universalis Ecclesia sit unita suo visibili Capiti: quo sublato, rueret profectò totum, quod credimus de Ecclesia, quod nempe hic & nunc sit vera & Catholica. Necessarium ergo est, quod ipsa Ecclesia circa hanc materiam determinatio, in vi cuius hic homo in individuo recognoscitur *suprema Ecclesia universalis Caput visibile*, sit de fide.

Obiectio.

41. **E**X parte adversa excipi potest. Vim illius argumenti ultimare reduci ad istud punctum, quod nempe Ecclesia in rebus fidei errare haud possit, sit autem res fidei quod, quælibet fidei regula debeat habere fidei, certitudinem, quodque Ecclesia Catholica debeat esse unita supremo Capiti visibili. Hæc ipsa verò principia, oportere, ut sint fundamentum determinationis Ecclesie. Hanc igitur non tam ex se ipsa sancire illud dogma, quod hic homo in individuo sit Summus Pontifex, quam declarare illud in certo aliquo fidei fundamento iam præcontentum. At in illa argumentatione non explicari, quodnam sit istud fundamentum, & quo seu scripto, seu non scripto Dei verbo formaliter immediate sit expressum. Illam ergo argumen-

Dddd 3

mentationem haud efficacem esse ad convincendum præsens dogma fidei.

Responsio.

42. **H**anc exceptionem nullius esse roboris, ostenditur sequenti argumento. Nam Oecumenica cum infallibilitate per Christi orationem firmata, Petraque adversus quam portæ inferi prævalere haud possent, munimento roborata, Petro promissa, sub Pastoralis universalis munere caractere *actualiter* tandem concessa autoritas, eo ipso, quod ex Christi Domini verbis notatur conjuncta cum Ecclesie sanctæ perpetuitate, per ipsam fidei certitudinem dignoscitur in Petri personam minimè expirasse, sed ad legitimum pro quovis tempore successorem transire, ex Divinaque constitutione natam esse. In quo adeo Divinitus constituto fidei principio *expressè formaliter* habetur contenta ista veritas, quod Petri successor eadem prorsus potiatur Oecumenicâ autoritate. Quare ut veritas illa applicetur ad particularem quampiam Petro legitime succedentem personam, opus equidem est subsumptione particulari, per quam constet ista successio legitima: hæc tamen subsumptio personæ particularis ad Summum Pontificatum applicativa, non intrat fidei motivum, sed est fundamentum prudentialis duntaxat credibilitatis evidentiæ. Hæc proinde stante, illud fidei principium eatenus est applicabile ad hanc Petro legitime succedentem personam individuum, ut ista quæ Petri successor in ordine ad hoc, quod Oecumenicus Ecclesie Pastor, ac ex auctoritate Divinitus constitutus Summus Pontifex pronuntietur, jam subeat vices objecti *materialis* fidei, cui nempe Veritas Divinitus revelata sit *verè ac realiter* applicabilis. At eo ipso, quod ista ad fidei principium applicatio fiat per Ecclesiam, quæ errare non potest in rebus fidei, redditur consequens, applicationem ejusmodi esse infallibilem. Hæc verò stante, propositio illa: *Hic in individuo est Summus Pontifex*, per modum objecti *materialis* sub illo Divinitus constituto fidei principio, eatenus jam repræsentatur voluntati, piæ ad credendum affectionis virtute instructæ, ut hæc prudenter possit, imò debeat ex fidei proprio motivo imperare fidei assensum, intellectumque adeo captivare in fidei obsequium. Constat igitur, propositionem illam, quæ sub prævia Ecclesie acceptatione, hic homo in individuo dicitur Summus Pontifex, esse credendam fidei Divinæ.

Iterata objectio.

43. **R**eplicari potest ex parte adversa. Minime deesse aliqua fidei principia generalia de Christo v. g. *realiter* existente sub speciebus Evcharisticis ritè consecratis: neque tamen particulares propositiones tali generali fidei principio contentas, mediante prudentiali aliqua credibilitatis subsumptione hinc deductas, esse fidei Divinæ credendas:

veluti patet de istis speciebus Evcharisticis in particulari, sub quibus Christum *realiter* constitutum esse, nulla est credendi obligatio. Cur ergo id peculiare foret de propositione illa, quæ hic homo in individuo dicitur Summus Pontifex?

Responsio.

**N**eque hanc exceptionem alicujus esse valoris mox demonstratur. Nam duplex <sup>44</sup> distinguenda est prudentialis ratio, per quam sub principio universaliter Divinitus constituto subsumere oportet particularem aliquam propositionem in illo præconcentum. *Alia* enim habet in se pondus alicujus evidentie saltem *præctica*, constringentis adeo voluntatem piæ ad credendum affectionis virtute instructam. *Alia* verò est intra limites meræ probabilitatis, nullam plerumque in voluntate inducentis obligationem, licet tamen quandoque saltem prælucentis in tantum, ut ex motivo etiam supernaturalis cujuspiam virtutis possit ex tali prudentiali, solum licet probabili, ratione excipere actus *moraliter* bonus: sic enim sub hisce etiam in individuo exhibitis speciebus Evcharisticis (quarum tamen consecratio in particulari nobis non nisi probabiliter constare potest) rectè adoratur Christus Dominus. At verò stante pacificâ hujus in individuo Summi Pontificis electione, per universalis Ecclesie in materia fidei errare haud potentis uniformem acceptationem, non potest credibilitatis ratio non stare cum evidentiâ *præctica*, constringente adeo, & obligante fideles quosque, ad illam de istius particularis hominis summo Pontificatu enuntiativam, sub præinsinuatâ Divinitus constituto principio ad fidei motivum applicandam propositionem. Secus res se haberet pro aliquo calu, quo contingeret, Summi cujuspiam Pontificis electionem ab Ecclesia universali non esse uniformiter acceptatam: tunc enim potest equidem fieri, ut varia illucescant, probabilitatis tamen spiritum haud supergredientia, legitima super hæc individua personam ad Summum Pontificatum electionis fundamenta. In quo adeo stante nequit esse obligatio constringens ad credendum, sciscitari tamen licet; *An sub tali prudentiali ratione possit locus esse fidei supernaturalis assensui?*

Cujus quæstionis resolutio pendet ex duplici *moralis* principio alibi jam discusso. <sup>45</sup> *Alterum* est, quod stante probabili circa materiam *moraalem* ratione, ex instinctu Divino superstrui possit judicium prudentialiter supernaturale, per quod virtutis cujuspiam infusæ motivum *formale* applicari possit tali *moralis* materię. In vi cujus adeo applicationis per Spiritus sancti directionem factæ, fiat *moralis præctica* certitudo honestatis etiam supernaturalis hęc & nunc sub tali objecto representatæ *directiva*. *Alterum morale* principium est, licet tale *præcticum* supernaturale judicium materię probabili superstructum, sufficiat ad virtutis *moralis* voluntati inexistens

Responsio.

sentis actum dirigendum, honestatemque supernaturalem sub *moralis* bonitatis puritate amplectendam: nihilominus speciale hoc esse in fidei actu, ut Spiritus sanctus non cooperetur ad efficaciam in fidei obsequium captivans imperium, si materia secundum probabile iudicium subtrahatur Divinae revelationi, huic non re ipsa subiaceat: quippe cum Primæ Veritatis, revelationisque Deo purè immanentis ratio debeat intelligibiliter formatrix esse veritatis Divinæ revelatæ, ut sit ad fidei assensum applicabilis, nec adeo locus esse possit fidei Theologicæ *formalis* ex Prima Veritate revelante subsistenti motivo, ubi non re ipsa subsistit veritas objecti *materialis* Divinitus revelati.

46. Quo adeo duplici *moralis* principio præsupposito, facile est, concludere, quid in præsentis quæstionis statu asserendum sit. Ubi namque non est certitudo per Ecclesiæ unanimem acceptationem consistens de cuiuspiam individua personæ Summo Pontificatu, tunc quantumvis gravia subsint vel auctoritatis doctorum hominum, vel rationum humanarum momenta, nequit illa universalis revelatio, per quam Petri legitimus Successor ex fide Divina noscitur Summi in Ecclesiæ Pontificatus auctoritatem à Christo constitutam obtinere, hæc, inquam, Divinitus revelata propositio nequit pro tali statu per Spiritus sancti instinctum, mediante fidei actu applicari ad hanc individua personam, nisi in ipsa rei veritate subsistat successione legitimitas. In quo tamen casu iudicium illud probabile duo præstare potest, quorum unum est, ut, qui sub tali probabilitate operatur, postquam acquisitione captivi suo proportionatâ factâ, veritatem certò comperire non potest, saltem non peccet: alterum est, ut ipsummet etiam Vicariatus Christi characterem cum reflexione adeo in ipsummet Christum reducâ, Religionis etiam supernaturalis actu colere possit: sicque adeo virtutis *moralis* Religionis, non autem fidei infusæ actum supernaturalem exercere possit sub illo probabili iudicio, dum Summi Pontificatus in hac individua personâ veritas re ipsa non subsistit.

Replicata obiectio.

47. Ex parte namque adversa instari potest. In hac propositione, quod Innocentius XI. sit legitimus Papa, supponi non tantum electionem ipsius esse legitimè factam, sed habere etiam capacitatem requisitam ad talem dignitatem. At tam istam pendere ex multis circumstantiis, quæ facti sunt, quam illam dependere ex eo, quod sit baptizatus, aliisque affectus conditionibus de se merè contingentibus. Quomodo igitur de huius Papæ in individuo Oecumenica auctoritate, dependente ex eiusmodi merè contingentibus circumstantiis, certum fidei iudicium haberi potest?

48. Verum equidem est, ut sit de fide, hunc in particulari esse Papam, supponi legitimam electionem. Quæ admodum tamen fides non est *formaliter* discursiva, sic electio huiusmodi respectu illius propositionis, quatenus est de fide, minimè habet se per modum principij illativi. Sed præsupponi debet in ordine ad prudentiale credibilitatis iudicium, sub quo particularis ea propositio applicanda venit ad revelationem universalem, quæ Divinitus constitutum noscitur, ut legitimus Petri successor pro perpetuis Ecclesiæ temporibus sit huius Pastor Oecumenicus cum indefinitâ ligandi ac solvendi auctoritate, Petræ etiam firmitatem portis inferi superiorum obtinente. Neque verò ipsissima illa electio ex se præcisè fundat illud credibilitatis iudicium, quæ *simpliciter* constringens ad fidei assensum ei particulari de huius individua personæ Papatu, enuntiationi præstandum, sed obligationis huius efficacia perfecta stat ex Ecclesiæ acceptance per Spiritus sancti efformationem in mente fidelium fundante infalibilem iudicij credibilitatis certitudinem *practicam*. Unde liquidum jam evadit, neque ipsum fidei assensum de huius individua personæ Papatu præstitum, neque prævium credibilitatis iudicium in substantia supernaturale, *formaliter* pendere ex conditionibus merè contingentibus: quanquam huiusmodi conditionum genus tum de modo electionis, tum de capacitate electi, taliter præsupponi debeat, ut respectu tamen prædicti credibilitatis iudicij supernaturalis, se habeat solum *Materialiter* ac *Dispositivè*.

Objectionis ulterior instantia.

49. Hæc namque propositio: *Iste homo in particulari est summus Pontifex*, in sua veritate essentialiter pendet ab illa præmissa: quod *iste homo sit ritè electus*, sive quod ipsi per electionem legitimam sit applicatus summus Ecclesiæ sanctæ Divinitus constitutus Papatus. At quod *hic homo sit ritè electus ad Papatum*, non est notum per fidem Divinam, seu per revelationem Dei, definitionemque Ecclesiæ aut Traditionem, sed solum per *moralement* quandam certitudinem, eligentium declarationi innixam. An non igitur dicere fas sit, eam propositionem non nisi *mediatè* de fide esse, quatenus scilicet ex una de fide, alterà verò propositione *moraliter* duntaxat certà inferatur?

Responsio.

50. Verum certitudo *moralis*, quæ constat de legitimâ huius personæ in Papam electione, dupliciter se habere potest ad propositionem huius in particulari Papatus enuntiativam: *primò* per modum principij illativi. Ut sic autem assensus tali enuntiationi præstitus, haud est fidei, sed ad summum Theologicum. *Secundò* igitur certitudo illa se habere potest ad

ad eam propositionem per modum fundamenti solum *Materialiter* ac *Dispositivè* concurrentis ad credibilitatis de tali propositione iudicium prudentiale, Spiritus sancti efformatione traductum ad statum supernaturalitatis, eo modo, quo *superius* explicatum fuit. Ut sic proinde ne quidem *moralis* illa certitudo, etiam quæ per Ecclesie acceptationem sublimata, & per Spiritus sancti efformationem ad statum supernaturalitatis traducta, vel *partialiter* ac *inadequatè* intrat motivum fidei assensus, super hoc particulari Papatu præstandi specificativum, sed ad illum se habet solummodo per modum principij, præ ad credendum affectionis *directivi*.

Reiterata objectionis instantia.

51. **I**nstari namque potest ex parte adversa. Iudicium credibilitatis super hujus individuae personæ Papatu, fide Divinâ credendo, fundari in sanctæ Ecclesie unanimi acceptatione. At de istius acceptationis unanimi Ecclesie consensu vix haberi posse infallibilitatem. Unde namque hæc unanimitas constare potest, nisi vel ex fidelium erga talem Pontificem Religiosa submissione, vel ex Electorum Cardinalium in hanc personam convenientium consensione pacificâ, quam per hominum ad nos traductam relationem vix majori, quàm *moralis* certitudine ad nos deferri posse. Quare non patere, quomodo ad fidei infallibilitatem *moralis* certitudine longè sublimiorem, pertingere possit propositio, hujus individuae personæ Pontificatum pronuntians: maxime cum aliquando contigerit, sceminam eligi Papam. Et quis negarit, simoniacè, atque adeo nulliter Papam electum, posse in tantum acceptari, ut, quia simonia est prorsus occulta, nullus sit, qui reclamet, in quo adeo casu cum acceptatione etiam uniformi, in personâ taliter electâ stabit nullitas Summi Pontificatus.

Responsio.

52. **V**erùm in promptu est sequens responsio. Etenim quæ ex humanis probabilibus argumentis circa maximam Ecclesie in hac individua personâ ad Pontificatum assumptâ consensionem, resultat *moralis* certitudo; se habet solum *materialiter* ad prudentiale iudicium fidei assensus *directivum*. Eiusmodi proinde humanis argumentis se habentibus solum *Dispositivè* & *Organicè*, Spiritus sanctus per interiorum mentis formationem superstruit certitudinem prudentiæ insusæ comensuratum, ex infallibilitate Ecclesie, hanc individuum personam in Summum Pontificem unanimiter acceptantis, efformatam. Ex quâ etiam Ecclesie infallibilitate oportet, ipsam ita circumvallari Spiritus sancti assistentiâ, ut minimè permittat Ecclesie, unanimi consensione acceptari in Papam, cujus electio ex quocumque defectu substantiali non esset legitima. Unde stante tali acceptatione Ecclesie, sub primâ etiam prudentiali supernaturalis iudicij affectione, jam subest præ-

*dicta*, in substantiâ tamen supernaturalis, certitudo de electionis legitimitate, deque universis adeo substantialibus ad Occumenicum Papatum requisitis conditionibus. Ubi verò ad illud prudentiale supernaturale credibilitatis iudicium consequitur fidei assensus, ex ipsâ Primâ Veritate, Petri successorem legitimum, Christi Vicaria Occumenicæ Ecclesie sanctæ Pastoris pro perpetuis temporibus auctoritate Divinitus dotatum, pronuntians specificatus, tunc iste fidei actus sub ipsissimâ isthac universalis revelatione Divinâ, seu *formali* suo motivo per modum objecti *materialis* complectitur individuas quoque tam personæ ab Ecclesia sic acceptatæ, quàm Electionis legitimitatem, atque adeo ad istam Occumenicæ prærogativæ capacitatem requisitas, uti & alias quasque substantiales conditiones. Unde ipsa etiam fidei certitudo tunc transfunditur in cunctas de naturâ suâ quidem contingentes, dicto tamen fidei actui per modum objecti *materialis* substratas, conditiones individuantes.

Vltimata objectio.

**V**Rgeri adhuc potest ex parte adversa. Difficile adhuc esse, determinare, pro quo tempore ista Ecclesie acceptatio incipiat esse sufficiens, ut propositionem, *hic in individuo est Summus Pontifex*, constituat in statu, in quo sit de *facto*.

Responsio.

**V**erùm stante concordia Cardinalium electione, jam subest *moralis* certitudo *Dispositivè* & *materialiter* apta, super quam Spiritus sancti efformatio in mente fidelium struat prudentialis credibilitatis iudicij certitudinem supernaturalem. Ubi verò istius electionis ad Ecclesiam propagatio in eo jam est statu, ut ipsi non contradicatur, crescit jam *moralis*, illa certitudo: perficitur autem, atque in statum ad fidei assensum sub præinsinuatæ universalis revelationis Divinæ ad hanc personam applicatione cunctos Christi fideles constringentem reducitur, ubi *positiva* Ecclesie, ejusque Prælatorum acceptatio unanimis succedit.

PROBATIO II.

Quâ ostenditur, quàm sit generalis in Ecclesia consensus de irrefragabili iudicio Romani Pontificis in fidei questionibus.

**H**anc probationem pertexere, operæ pretium est visum ex ipsismet verbis Autoris *tract. de libert. Eccles. Gallic. tit. lib. 7. cap. 13.* hunc in modum dissentis. Communis adeo est hæc doctrina de infallibili Romani Pontificis iudicio in questionibus fidei, ut hanc ipsam conditionem habere videatur, quâ cum *illustissimâ* Prælores Gallicani iudicium



diciam illud irreformabile esse profertur; ut scilicet Ecclesie universa consensus accesserit. Etenim tot, tantique Doctores ex omni natione, ex omni facultate, ex omni ordine eam defenderunt, ut nesciam quid, ad eam toti Ecclesie adscribendam, desideretur.

96. Eorum Catalogum texerunt multi, praesertim Theophilus Rainaudus in opusculo inscripto *avtós epha*, ubi, parvo scilicet 2. hanc esse totius Societatis Iesu sententiam affirmat, enumeratis quàm plurimis ejus Doctoribus, quorum multi tempora controversiarum occasione libri Cornelij Ianseij motarum antecesserunt, ne putes, eam à Societate ad faciliorem Ianseij oppugnationem advocatam, sed veritatis & religionis studio jam olim delectam. Eandem cum D. Thoma tuetur Ordo Dominicorum, & alij quasi certatim: quamvis privatus aliquis Principibus adductis à Majorum ac Fratrum semitâ interdum recedat.

97. Jam supra monuimus, D. Petrum de Marca testari, eam omnibus Universitatibus esse communem, contrariam autem, quam antiquis tantum Parisiensibus (puta Gerfonio & ejus coactaneis, aut lupparibus) tribuit, solum ab Ecclesia tolerari. Emisus fuit in lucem anno 1682 liber cum hoc titulo: *Doctrina, quam de Primatu, auctoritate, & infallibilitate Romani Pontificis tradiderunt Lovanienses sanctae Theologiae Professores tam veteres, quam recentiores, in quo quàm plurimum enumerantur.* Sperandum est idem à ceteris Academicis praestandum. Porro Lovaniensis ita iudicium Papae reformabile esse non censuit, ut tanquâ fidei regulam proposuisset anno 1544, nam inter articulos circa fidem orthodoxam editos, ille vigesimus quintus est: *Certâ fide tenenda sunt non solum, quae Scripturae expresse sunt prodita, sed etiam quae per traditionem Ecclesiae Catholicae credenda accipiuntur, & quae definita sunt super fidei & morum negotiis per Cathedralium Petri, vel per Concilia generalia legitime congregata.*

98. Doctoribus jam adductis paucos adjungemus, qui vel Galli, vel à Launoi citati, vel pietate ac Doctrinâ conspicui extiterunt. Scribebat Alexandro III. Petros Bleicensis episcopus. 68. Sicut eminentiam Apostolicae Sedis Magistram omnium Ecclesiarum profitemur: sic ab ipsa consilia in ambiguis, in angustijs solatia, responsa in dubijs expectamus. Si erraret Magistra omnium Ecclesiarum, erraret omnes Ecclesiae, atque adeo universa Ecclesia, quod non nisi ex illis constat, ut saepe notavimus. Similiter Hugo, seu Ugo de S. Caro à Launoi citatus sic interpretatur haec verba *ioannis ult.* Dicit Simoni Petro Iesus, Nota, quod specialiter loquitur Petro soli, alios praeteriens. Cur hoc? Respondemus. Eximus Apostolorum erat Petrus, & os Apostolorum, & vertex Collegij. Ideo & Paulus ascendit videre Petrum praeter alios. Galat. 2. Ita ergo Petrus erat vertex Collegij, ut praetermissis alijs, eum solum, tanquâ Collegium integrum representantem, Christus alloqueretur: ita erat aliorum os, ut pro omnibus

respondere posset, alijs etiam non consul-tis.

Augustinus Triumphus sanctorum Thomae ac Bonaventurae Parisijs discipulus, deinde in ejus urbis Academiae Doctor, ac demumque Professor, de praesertim Ecclesiastica quaestione. art. 2. sic scribit: *Papam posse aliquid utiliter supra illa, quae sunt fides, & quaedam potest intelligi, vel quantum ad habitudinem interpretationem, vel quantum ad occasionem, & applicationem explicatorem. Porroque multa potest Papa aliquid addere super illa, quae sunt fides, quia si aliqua sunt data, & obliqua in fide, ad eam pertinet interpretari, & determinare. Post cujus determinationem hereticum esset, contra eum pertinaciter asserere.*

Nicolaus Liranus ad hoc verbum, *Confirma. Luca. ult. addit: Hoc dicit ei (Petro) quia Ecclesia erat sibi committenda, ut habuerit *ioannis ult. illa ser. dicitur ei à Christo. Pater agnus meus.* Ex hoc etiam patet, fidem non interficere usque ad finem mundi in Ecclesia Romana, quae à Petro post Christum fundata est.*

Dionysius Carthusianus, cujus etiam auctoritate utitur Launois, in haec verba: *Ego autem rogam pro te, item, inquit, quoniam Petro specialiter fuit Ecclesia committenda. Vnde quod dicitur, ut non deficiat fides tua, exponitur, ut non deficiat fides Ecclesiae totae committenda. Halterus videtur Ecclesiae tantum universae indeficientem fidem adstruere, sed ecce unde in reliquis Ecclesiis haec fidei firmitas derivetur; Siquae ex verbis his sumitur argumentum, quod fides Romana Ecclesiae, quam in ea Petrus plantavit, sit usque in finem saeculi duratura.*

Quoniam Launois Dominicum Bannes tanquam sibi faventem adducere placuit, referamus ejus haec de re doctrinam, ex qua concta, quae haecenus dicta sunt, confirmantur. Bannes igitur in 2. 2. S. Thomae q. 2. art. 10. has ponit conclusiones. Conclusio prima. *In jussu fidei jussu non est distinguenda Sedes ab Apostolice Praeside, vel Summo Pontifice, neque Romana Sedes à Pontifice Romano.* Vide jam quem modo faveret Launois illum citanti, ut probet Christi orationem pro Petro factam, ne fidem unquam amitteret, quantumvis tentaretur à diabolo, sed in ea de gratia Dei tum demum perseveraret, quasi ultra processurus non esset orationis effectus. Haec est quarta conclusio: *In jussu fidei jussu non potest Summus Pontifex errare.* Haec conclusionem asserit D. Thomas; & citatis multis alijs Autoribus subjungit: *Quoniam existens, hanc conclusionem tanquam Apostolicam traditionem esse tenendam. Et quidem, ut talis haberetur ab omnibus fidelibus, nisi à tempore Concilij Constantiensis in agro Dioni nonnatus homo, id est diebus, & Zenium supereminisset. Etenim usque ad illa tempora sibi Graeci errabant in hac parte. Atque ita D. Thomas in Opusculo citato hunc errorem tanquam Graecorum singularium narrat. Et praeval dabo, si quaesio haec ad Concilium deferretur, non dabo, quoniam praedicta conclusio definitur tanquam vera fides.*

Non magis faveret Launois Maldonatus, cujus etiam testimonio usus est. Maldonatus

Eccc

lus

tus enim super verba multoties repetita; Ego autem rogavi pro te, &c. sic scribit: Quoddam dicit Petro, ejus quoque Successoribus, totique Ecclesie dictum putandum est; tamque certi debemus esse Successorum Petri, totiusque Ecclesie fidem non defuturam, quam certi sumus ejus, cum tentatus est, fidem non descisse. Obscuritatem fortassis pareret totius Ecclesie cum Petro in illis verbis conjunctio: Sed eam tollunt, quæ sequuntur: Itaque rectè ex hoc loco antiqui, gravesque Authores collegerunt, Ecclesie Romanæ, & Successorum in ea Petri fidem fore perpetuam. Omnis enim Ecclesie fides asserbatur in Petro, qui Ecclesie Caput futurus erat. Et super hæc verba: Et tu aliquando, &c. Hinc demùm manifestum est, nec de illo solùm tempore, quo negavit Petrus, nec de illo solùm Petro, sed de omnibus ejus Successoribus loqui Christum: Nec enim tempore passionis ceteros Apostolos Petrus confirmavit, sed confirmandi alios necessitas perpetua futura erat. Itaque in persona Petri omnes Petri Successores jubet fratres in fide servare. Quomodo firmare possunt, si errare ipsi possunt? Propterea enim Christus pro fide oravit Petri, ne deficeret, ut alios confirmare posset, intelligens, alios confirmare non posse, si ejus fides defecisset. Id etiam significat illud, aliquando, id est, si quando opus erit, si quis in fide aliquando mutabit.

64. Si extra Galliam Authores quæreremus Gallis opponendos, qui tempore Concilij Constantiensis doctrinam invexerunt auctoritati Romani Pontificis adversam, non defuturi essent, qui nec doctrinam inferiores, & vitæ sanctitate Ecclesie judicio essent superiores. S. Thomas Archiepiscopus Cantuariensis, celeberrimus libertatum Ecclesie defensor & Martyr, epist. 97. edit. P. Christiani Lupi, quæ est ad omnes Episcopos Angliæ. Quis Romanam Ecclesiam, inquit, Caput omnium Ecclesiarum, & fontem Catholice doctrine ambigit esse? Quis claves regni caelorum Petro traditas esse ignorat? Nonne in fide & doctrina Petri totius Ecclesie structura consurgit, donec occurramus omnes Christo in virum perfectum, in unitatem fidei, & agnitionem filij Dei? . . . . Quicumque sit, qui rigat aut plantat, Deus nulli dat incrementum, nisi illi, qui plantavit in fide Petri, & doctrine ipsius acquiescit, &c. Et epist. 122. quæ est ad Gilbertum Londoniensem Episcopum; Solus infidelis, aut qui eum errore superat, hæreticus aut schismaticus, Apostolicis obtruncat obedire mandatis Vide epist. 69.

65. Circa ipsamet tempora Concilij Constantiensis floruerunt, in Italia præsertim, sanctissimi doctissimi que viri, qui Romani Pontificis auctoritatem strenuè propugnaverunt, quos inter sanctus Antoninus Archiepiscopus Florentinus in Summa Theologica par. 4. tit. 3. cap. 3. §. 5. irreformabile declarat judicium Papæ his verbis: Licet Papa in particulari errare possit, ut in judicialibus, in quibus proceditur per informationem, aliàs in his, quæ pertinent ad fidem, errare non potest, scilicet ut Papa in determinando, etiamsi ut particularis & privata persona. Vnde magis standum est sententiæ Papæ de pertinentibus ad fidem, quam in judicio profertur,

quàm opinioni quorumcumque Sapientium. Papam autem Concilio superiorem esse, pluribus probat in 3. parte.

Beatus Joannes de Capistrano de Papæ & Concilij, sive Ecclesie auctoritate 3. parte. 2. Principalis, eandem superioritatem, quæ infallibilitatem judicij circa fidem necessariò supponit, adstruit varijs rationibus, quarum una hæc est; Succedit, inquit, namque Papæ loco Petri in eadem perfectione potestatis, & Vicariatus dignitate, quæ & ipse B. Petrus à Christo fuit in universali Ecclesia sublimatus.

## S. IV.

Nostratis sententiæ ex Universalis Ecclesie praxi desumpta argumenta referuntur, ac expenduntur, unà cum conclusione super ipsam reflexiva.

Hæc praxis ostendi potest tum argumentis in actu quasi signato eam ostendentibus per SS. Patrum, imò & Summorum Pontificum, nec non Conciliorum (de quorum hanc in rem sensu disseruimus præcedente disquisitione) sententiis: tum in actu quasi exercito eandem demonstrantibus argumentis inferri adducendis.

## ARGUMENTVM I.

Autor Regalis Sacerdotij cit. lib. 3. §. 5. Patrum unanimum pro Pontificis infallibilitate consensum in actu quasi signato probat ex testimonijs tum SS. Irenæi, Cyrilli, Ambrosij, Augustini, & Innocentij: tum SS. Hieronymi, Cyrilli, Theodoret, Ioannis Patriarchæ, Tertulliani, Flaviani Patriarchæ, Patrum que Tarraconensium: tum SS. Fulgentij, Agapiti, Gregorij Magni, Sophronij Patriarchæ, Theodori Studite, Ignatii Patriarchæ, Patrum Concilij Milevitani, Episcoporum Dardaniæ, & Lucij PP. tum SS. Leonis IX. Gelasij, Cyrilli, Anselmi Cantuariensis, Ruperti Tuitiensis, Bernardini, Bernardi, Thomæ Aquinatis, & Stanisli, Hosij: tum omnium ferè totius orbis Christiani Doctorum etiam Gallie, adducendo quorundam Parisiensium quoque Doctorum hæc de re sententiis. Quæ universa scrutari potest lector, cui unice duxi hæc repræsentandam anacephalæosin à præcæto Authore sub hisce verbis deductam.

Hætenus quidem, ait, Patrum Doctorumque omnis ætatis testimonia, quæ legi, audiri que à nullo possunt, qui non continuo persuasum habeat, omnes illos in rebus fidei, supremum judicium, certamque sententiam Romano Pontifici tribuisse. Volunt licet aliquæ de rebus fidei exortâ, Romam ad judicium iri: volunt sententiam illic datam oraculum esse, cui nisi obtemperes, hæresin oleas, aut ab Ecclesia defectionem: volunt, quod Papa definerit, finitum esse, nec amplius in dubium vocari posse. Hieronymus tres Hypostases in Trinitate agnosceret, si Da-

masus jubeat. Augustinus hæresin Pelagianam, toties victam, toties pugna restitutam, tunc demum prostratam esse dicit, ubi Pontifex se prælio miscuit, eamque truncatam voluit: Patres Nicæni Concilij tam certam habent Pontificis Romani sententiam, ut majora Ecclesiæ negotia illi reservata velint. S. Athanasius, Patresque Africani, hanc unam Sedem adeo erroris expertem dicunt, ut ab illa dogmata fidei majores sui, & velut à matre lac sinceræ doctrinæ acceperint. S. Cyrillus non prius audent Nestorium inter hæreticos censere, quàm à Celestino Papa damnatum. S. Cyprianus non posse perfidiam habere ad Petri Cathedram accessum. S. Fulgentius adeo, quæ, ut quod illa tenet, decernuntur, certa esse, ut quod illa tenet, docetque, totus Christianus orbis nihil hæsitans credat. S. Agatho, & cum illo Patres sextæ Oecumenicæ Synodi, nullum omnino errorem, nullamque hæresin Petri Cathedram infudisse, nec unquam deinceps futurum, ut Petri successores, pro quibus Christus tam seriò oravit, à vera fide deficiant. Denique omnium serè Patrum Græcæ, Latincque Ecclesiæ est una, consiansque sententia, non posse in rebus fidei decernendis Pontificem errare.

70. Huic tantæ pietate, doctrinâ, rebusque pro Ecclesia gestis illustrium virorum Choro sita Gerfonem, Almainum, & Ochamum opponas, qui contrarium docuerunt: quid amabò aliud facies, quàm ut paucos aliquot, & gregarios milites cum Castri Heroum conferas, tenuesque radios cum ingenti sole componas? Magnus, fatemur, Gerfon, sed quis ille, ut Augustino, Hieronymo, Ambrosio, Athanasio, Gregorio, totique Oecumenicæ Synodo præferatur? Et quæ ratio, aut æquitas postulat, ut uni mille, non sancti, tot Sanctos: Cancellario Parisiensi, Doctores Ecclesiæ, imò ipsam Ecclesiam, quæ ex illorum sententia pendet, cedere oporteat? Tu ergo Gerloni fidem habes, non habes Hieronymo, non Athanasio, non Fulgentio, non Augustino, ad quorum vestigia, si Gerlon viveret, pronus lubensque accideret?

21. At Patres non clarè loquuntur. Imò tam clarè, ut clariùs non possint: quid enim tam clarum, quàm illud Fulgentij: *Quod Romana, quæ mundi cacumen est, tenet, & docet Ecclesia, totus cum ea Christianus orbis nihil hesitans credit?* Et illud Augustini: *Quid potuit vir ille S. Innocentius Papa Africanis respondere Concilij, nisi quod antiquitus Apostolica sedes, & Romana cum cæteris tenet perseveranter Ecclesia?* Et illud Hieronymi: *Ego beatitudinis tuæ, hoc est, Oatbedra Petri communionem confocior: quicumque extra hanc domum agnum comederit, profanus est, quicumque tecum non colligit, spargit: apud vos solos incorrupta Patrum servatur hæreditas?* Et illud Agathonis Papæ, sextæque Synodi: *Sedes Romana à tramite Apostolica traditionis nunquam erravit, & in ea vera fidei lumen nullà hæreticæ erroris, nec falsitatis nebulâ fuit consædara, sed illibata sinecenus permanet juxta pollicitationem Petro factam: Pro te rogavi, ut non deficiat fides tua, &c.* Hæc planè & alia plura sanctorum

Patrum testimonia tam clara & perspicua sunt, ut ad ea intelligenda, nec face, nec glossa opus sit, sed oculo tantum (ano, purgatoque, nec privatis affectibus tincto; alioguin ægris, infectisque oculis, ne sol quidem, sine umbra, & maculis est.

ARGUMENTVM II.

72. Auctor præfatus præf. S. 6. pro Summi Pontificis in rebus fidei infallibilitate adducit Ecclesiæ praxin in actu quasi exercito exhibitam sub sequentibus argumentis. Primum, quòd passim in historia Ecclesiastica, lacris Concilij, & Patrum commentarijs multi loquendi modi occurrant, qui hanc ipsam, de qua agimus, infallibilitatem ostendunt, quales sunt: *Quòd Romana Sedes sit fidei fundamentum: quòd inde religionis nostræ fons, & origo manet: quòd, quæ illa damnat, omnes damnet, quæ approbat, omnes approbet: quòd semper ejus doctrinam omnis Catholica Christi Ecclesia, universales Synodi, sanctique Patres fuerint secuti: quòd omnium fidelium, & Ecclesiarum disponente Domino existat Magistra.* Hæc, ut diximus, legenti passim, & ubique occurrunt, nec dici omnino possunt, nisi de doctrina planè infallibili, & ab omni errore alienâ.

73. Secundò. Quòd, qui aliquid à Romana Sede definitum non reciperent, schismatici haberentur, & cum illis nemo communicaret; quod manifestissimo argumento est, Romanæ Sedis in rebus fidei sententias certissimas esse, nec enim schismaticus aut hæreticus est, nisi qui certæ, competentæque veritati se opponit: quæ enim incerta & dubia sunt, ac intrâ opinionem consistunt, recipi pro arbitrio possunt, repellive, nec propterea, qui hoc facit, hæreticus, aut schismaticus est. Huius veritatis testes sunt Pelagius Papa, & apud illum S. Augustinus in *Cap. Schisma. 24. q. 1.* S. Cyrillus Alexandrinus *epist. ad Celestinum Papam.* S. Hieronymus *epist. ad Damasum.* S. Leo *epist. 87. ad Episcopos Viennensis Ecclesiæ.* S. Cyprianus *lib. 4. epist. 8.* S. Ambrosius *Orat. de obitu Satyri.*

74. Tertio. Patres exortâ aliqui fidei dubitatione, ut ab hæreticis certâ notâ distinguerentur, certique ipsi essent veritatis, se id credere profitebantur, quod crederet Sedes Petri, suamque fidem illius judicio submittere, & quod damnaret, se quoque damnare; hoc verò supponit Romanæ Sedis doctrinam veram omnino esse, & certissimam, incapacemque erroris: cum enim fides certissima sit, nullumque dubium admittat, oportet fidei quoque regulam certissimam esse: alioquin fides dubio principio nixa, & ipsa dubium reciperet, quod fieri nequit. Si ergo doctrina Pontificis Romani sanctis illis Patribus regula credendi fuit, in quam fidem suam tutò reponerent, oportet quoque & illam fixam omnino, & immobilem esse, & si non est, sanctos illos Patres, velut anchoras, quibus tenerentur, perditis, fluctuasse potius, quàm credidisse. Hanc in rem scrutari oportet est S. Ambrosium *epist. 11. ad Theodosium.*

Eeeee a

tucham.

V.

IV.

EXTV.

Sacerdotij in...  
nem pro Pontif...  
in acta quæ...  
SS. Item, C...  
& Innocentius...  
Theodori...  
ni, Florianus...  
nensium: tam...  
gorij Magist...  
Stuam...  
nellij M...  
& Lucei...  
Cyrilli, h...  
tumentis, B...  
guinatis, &...  
fere tunc...  
in Gallia, p...  
am quæ...  
Que...  
ce dicitur...  
in à p...  
am...  
ait, P...  
ethoniam, ut...  
ne, qui non...  
tes illos in...  
arrang...  
ille. Volu...  
tâ, Rom...  
tam illis...  
tempo, h...  
redonem...  
num est, ut...  
esse. Hæ...  
ne agnos...  
ana

vuchiam. S. Basilium epist. 77. Ruffinum in Symboli explanat. Theodoretum lib. 5. hist. cap. 2. Abbatem Ioachim; prout refertur in Cap. 1. De summa Trinit. Iosephum Patriarcham Constantinopolitanum in suo chirographo, quod jam moriens scripsit.

75. *Quartò.* Natà hæresi aliquâ, quæ Ecclesiam turbasset, non prius etiam apud Catholicos dubitandi, disputandique finis erat, quàm pronuntiata à Summo Pontifice sententiâ. Tunc enim verò dato velut signo, finis inter Catholicos certandi erat, & hæresis conclamata; quod evidens signum est, per suam fidelibus fuisse; sententias Romani Pontificis in quæstionibus fidei certissimas esse, nec errori subiectas; alioquin non poterat illos sententia incerta certos reddere, dubia indubias, & errori exposita, ab omni errandi periculo liberos. Testantur hoc insuper Sozomenus lib. 6. cap. 22. S. Prosper contra Collatorem & in Chronico. S. Augustinus lib. 2. contra Pelagium c. 7. & Cælestium & lib. 1. cap. 2. ad Bonifacium Papam. Patres Milevitani epist. ad Innocent. 1. S. Cyrillus epist. ad Cælestinum Papam de heresi Nestorij, Constantinus Magnus in edicto incipiente: *Ea, quæ Salvator noster.* Hieronymus de Irenæo Romam misso in Cathalogo.

76. *Quintò denique.* Multæ hæreses à solo Romano Pontifice extra Concilium damnatæ sunt, extinctæque, quod fieri non poterat, nisi ab autoritate infallibili & errare nesciâ: sicut enim fides est de re certa, & cui falsum subesse non potest, ut eleganter declarat S. Bernardus epist. 190. ad Innocent. ita hæresis est rei certò falsæ, & cui verum subesse non potest. Ergo sententia Pontificis, quæ declarat, opinionem aliquam esse hæreticam, omninò est certa, & infallibilis; alioquin nec declaratio erit certa, utpote ab autoritate incertâ profecta: nec id, quod declaratum est, certò ad hæresin pertinebit, cum fieri non possit, ut à principio incerto deducatur conclusio certa, quemadmodum si non est certum, te aquâ elementari baptizatum esse, ita nec erit certum, te verè baptizatum, & Christianum esse. Fuisse verò quàmplures hæreses autoritate solius Pontificis extra Concilium Generale damnatas, dubium non est. Nam hæresin Nestorianam damnavit Cælestinus Papa anno 430. & quamvis eam S. Cyrillus prius jam confutasset, nunquam tamen ante Pontificis sententiam ausus est, Nestorium pro hæretico habere; uti patet ex ejusdem S. Cyrilli ad Cælest. epist. quæ habetur tomo. 1. Conciliorum Venetæ edit. Et licet Cælestinus in eadem Nestorij causa Concilium Generale indixerit, id tamen fecit, ut turbæ in Ecclesia natæ sopirentur, atque ut Nestorij fautoribus, quos plurimos habebat, & præpotentes, omnis calumniandi, tergiversandique occasio tolleretur, ut in eo Concilio non hæresis à Cælestino prædamnata venia daretur, sed Nestorio tantum, si resipisceret.

77. Hæresis Joviniani & Pelagij damnata est Romæ à Syricio Papa anno 390. ejusdemque autoritate à S. Ambrosio in Concilio Mediolanensi testibus S. Prospero Carmin. de in-

gratis. S. Hieronymo contra Pelagium l. 4. præfat. in Jerem. l. 4. Hæresis Monothelitarum, & Ecthesis Heraclij Imperatoris, damnata est à Severino Papa anno 639. ut habetur in Synodo Lateranensi, sub Martino Papa secret. 1. & 2. & probat Baronius ad eundem annum. Propositiones hæreticæ Gilberti Pictaviensis Episcopi damnatæ sunt ab Eugenio III. 1142. Denique, ut alia omittamus, propositiones Jansenij in eo sensu, quem verba exhibent anno 1653. & 1656. ab Innocentio & Alexandro Papa ut hæreticæ damnatæ sunt, & ut tales à Gallis proscriptæ: imò ut refert Archdekinus in Theolog. tripart. p. 1. q. 7. in fine. ex Regis Christianissimi, & Episcoporum Galliarum desiderio Alexander VII. decrevit, ut universus Ordo Ecclesiasticus huic professioni cum juramento subscriberet: *Ego N. Constitutioni Apostolicæ Innocentij X. data die 31. anno 1653. & Constitutioni Alexandri VII. data 16. Octobris anno 1665. Summorum Pontificum me subscripsero, & quinque propositiones ex Censurâ Jansenij libro, cui nomen Augustinus, excerptas, & in sensu ab eodem authore intento, prout illas per dictas Constitutiones Sedes Apostolicæ damnari, sacro animo rejicio, ac damno, & ita juro: si me Deus adjuvet, & hæc sancta Dei Evangelia.* Agnovit ergo Gallia, totusque Ordo Ecclesiasticus, tam certam esse Pontificis Romani sententiam, ut quæ ille damnat, & pro hæreticis habet, damnari debeant, haberique pro talibus, & damnationis sententia juramento confirmari; quod fieri non posset, si damnatio certa, & indubia non esset; nemo enim jurare potest, propositionem aliquam damnabilem, aut hæreticam esse, nisi certò id credat, alioquin juramentum exponeret periculo falsi, docentque omnes tum Theologi, tum Jurisperiti.

#### ARGUMENTVM III.

Desumptum ex confutatione argumenti pro parte adversa ab eodem Regalis Sacerdotij Authore cit. f. g. n. 16. deducti & soluti.

Communis namque omnium Doctorum sententia fert, quòd Pontifex in quæstionibus Facti errare possit. Ergo etiam poterit in quæstionibus Juris, in fidei decretis, & generalibus præceptis morum, Consequentiâ probatur. Quia multa ad fidem pertinentia in Facto consistunt, v. g. Sacramentum Matrimonij à Christo institutum esse, Sacramenta esse tantum septem, non plura, characterem in Baptismo impressum esse qualitatem indelebilem, quæque reperi non possit, &c. Imò in omnibus definitionibus, quæ ad fidem moresque spectant, non aliter Summus Pontifex infallibiliter à Deo dirigitur, quam si omnem, aut saltem necessariam diligentiam re-examinandæ impendat: nec enim somnians, temerèque agenti Spiritus S. dogmata inspirat. At verò ea diligentia est Facti, multique erroribus subiecta. Quid si enim non laus rem perpendit? non doctiores, rerumque peritiores ad consilium revocaverit? non auctoresque

CONCLUSIO.

quæ in contrarium opponebantur? uni tantum parti aures, non alteri præbuerit? Hæc omnia sunt *Facti*, erroremque admittunt. Ergo etiam fidei, morumque decreta, quæ ab alijs pendunt.

79. Veram præallegatus Author reponit, Quæstiones *Facti* esse duplicis generis: alia enim sunt facta, vel *immediatè* à Deo per Scripturas & Traditiones revelata, vel saltem cum revelatis connexa, qualia sunt, Christum in Eucharistia realiter existere, & panem in sacram illius humanitatem mutari, &c. In hæc error nullus cadit, cum repugnet, Deum in quacunque re tam *Facti*, quam *Iuris*, errore aliquo capi, aut falsum dicere, hoc est, aut ignorantem esse, aut mendacem, quæ duæ sunt falsi origines. Ad eadem facta *mediatè* revelata pertinet diligentia illa necessaria, quam in rebus fidei decidendis in Romano Pontifice desideramus: cum enim voluerit Deus, Ecclesiam errare non posse, voluit etiam nihil ei deesse, quod vitando errori necessarium est. Et ideo Patres sextæ Synodi contra Monothelitas ex eo, quod in Christo duæ essent nature, optimè intulerunt, duas esse voluntates, cum voluntas sit potentia cum humana natura necessariò connexa.

80. In illis verò quæstionibus *Facti*, quæ nec *immediatè* nec *mediatè* à Deo revelatæ sunt, quæque ex testimonio, & informatione hominum pendunt, negari non debet, & Concilia & Pontifices errare posse. Cum enim fides Divina testimonio, & Verbo Dei nitatur: & vox Papæ sit vox hominis, non Dei, non potest ille, quæ nec *immediatè*, nec *mediatè* revelata sunt, pro fidei dogmatibus proponere. Quæ verò sunt *Facti*, revelata non sunt, & ideo errori obnoxia. Quod ingenuè ipsi Pontifices confessi sunt. Bonifacius videlicet VIII. in *Cap. De constitutionib.* ubi dicit: Romanos Pontifices ignorare, quæ sunt *Facti*. At ignorantia est mater erroris. Errare ergo potest, qui ignorat. Et Eugenius IV. qui cum ex certis magnisque causis Concilium Basileense dissolvisset, & ab eo acta planè irrita declarasset per Bullam *Inscrutabilis* anno 1433, veritatem postea edoctus, per aliam Bullam *Dudum* anno 1434, quæ prius constituerat, revocat, non quia Concilium dissolvere non poterat, sed quia ex non veris causis, ut postea apparuit, id egerat. Extant Bullæ Eugenij in actis Concilij Basileensis *Sess. 16.* & videndus est Raynaldus ad annum 1434. n. 5. Denique, qui Honorium L. ab hæresi absolvunt, sunt verò quàm plurimi, ijetiam negare haud possunt, & in Pontifices, & in Concilia errorem cadere, ab utrisque enim hæresis damnatus est, ejusque memoria, tanquam hominis hæretici profligata. Ex occasione hujus tum objectionis contrariæ, tum redditæ responsonis, duxi perquam utile, ut hic expendatur; Si pro aliqua seu fidei, seu morum definitione occurrant variaz circa ea, quæ *Facti* sunt, quæstiones; quomodò Pontifex circa illas se habeat?

81. IN definitionibus fidei, seu morum, si super ijs, quæ *Facti* sunt, interveniant quæstiones, Pontifex ex Cathedra Apostolica decernens à Spiritu sancto dirigitur, ut super ijs formet prudentiale judicium supernaturale, sub quo fiat reductio ad univertiale aliquod fidei principium.

Explicatur ex canonizatione Sanctorum, quæ formaliter importat prudentiale prædicatum certum credibilitatis judicium, sub quo circa Sanctum ab Ecclesia canonizatum fit reductio ad univertalia fidei principia, tum de Sanctis colendis, & invocandis, tum de gloria cælesti in gratiæ statu decedentibus, Divinitus constituta, in quo adeò Summi Pontificis prudentiali ad fidem reductionis cunctos fideles constringente judicio, non potest subesse error.

Probatio hujus explicationis confirmatoria.

82. QUAMVIS enim processus canonizationis circa vitam & miracula Sancti canonizandi, nitatur testimonijs humanis, iste tamen processus tendit ad hoc, ut per miracula & virtutum argumenta ostendatur Sanctus sic canonizandus contineri sub istis univertalibus fidei principijs: quod nempe quisquis decedit in gratiæ statu, sit in sorte Sanctorum, æternæ gloriæ consors, pretiosæ mortis suæ pondere præpotens in conspectu Dei Patronus, sitque adeò dignus tali veneratione Sanctorum, atque patrocinium implorantibus præstet sit ad Deum pro ipsis precandum in ijs, quæ saluti fidelium sunt conducibilia. In eujusmodi adeò fidei principiorum ad hunc Sanctum in particulari applicatione, præinsinuata testimonia humana se habent solum *Materialiter*, & *Instrumentariè*, quatenus Spiritus sanctus juxta Divinæ promissionis efficaciam, in particulari ad univertalia fidei principia reductione, infallibiliter assistens, sub argumentis illis, de se tantum probabilibus, affulgere facit lucem, sub quâ stet infallibilitas judicij, particularium ad fidei principium univertale applicatorij. De quâ proinde Spiritus sancti erga Ecclesiam, in particularibus ad fidei principia univertalia reducendis, atque decreto aliquo univertalem Ecclesiam constringente, firmandis assistentiâ, assecuratè fideles, certum ac fixum inde habent credibilitatis argumentum, per quod sub prædicâ infallibilitate redduntur securi, particulare sub fidei univertali principio circumscriptum, quatenus ab Ecclesiâ definitè jam extat propositum, credi posse sub revelationis Divinæ motivo *formali*, univertalis illius fidei principij terminis contento.

Ecce 3

Ob.

## Objectio.

83. **E**X parte aduersa opponi potest. Illius argumenti vim ac efficaciam non extendi saltem ad beatificationem Sanctorum, cum in hac non interveniat definitivum Ecclesie iudicium, sed ejus duntaxat tolerantia. Anne igitur fas sit, dicere, Ecclesiam, seu Pontificem Summum posse permittere autoritate sua errorem prorsus intolerabilem, ut colatur & invocetur tanquam Sanctus, qui reipsa Sanctus non est?

## Responso.

84. **V**erum duplex est genus argumentorum, prudentialem credibilitatis evidentiam super aliquo fidei articulo vel formaliter, vel virtualiter revelato fundantium. Alterum nempe est constringens, velut definitivum ex canonizatione subsistens super alicujus sanctitate iudicium taliter est reductivum ad generale Divinitus revelatum, de Sanctis in gratia statu de cedentibus gloriae caelesti condecoratis, cultu Dulciae colendis & implorandis, principium, ut saltem quoad specificationem inducat obligationem, ita quod nefas foret, negare talis Sancti cultum & invocationem. Cujusmodi adeo credibilitatis ex definitivo Ecclesie iudicio subsistenti argumento inest non solum practica etiam supernaturalis certitudo, virtutis religionis in ordine ad Sanctum hunc in particulari cultu Dulciae venerandum & invocandum directiva, sed sub omnimoda insuper infallibilitate, tantam voluntati, pia ad credendum affectionis habitu supernaturali instructa, adfert prudentiae insulae lucem, ut sub ista imperare possit fidei assensum super hujus sanctitate, veneratione Duleutica, pia que invocatione ex illius generalis revelationis Divinae motivo praestandum.

85. **A**lium proinde argumentorum credibilitatis evidentiam prudentialem fundantium genus est solum probabile, super quo per specialem Spiritus sancti illustrationem internam ita strui potest prudentiae quoque insulae lumen, ut non solum religionis virtuti supernaturali erga objectum taliter repraesentatum locus esse queat, sed sub quapiam licet merè probabili, ad generale Divinitus revelatum principium reductio, possit fidei quoque assensus intervenire, dum tamen ejusmodi probabilitas per Spiritus sancti elevationem ad moralis in linea supernaturali certitudinis lineam traducta, est realiter contenta sub generali Divina revelatione, ex cuius motivo praestandus est hujusmodi fidei assensus. Sic proinde Ecclesiae sanctae circa alicujus sanctitatem, venerationemque Duleuticam ac implorationem, per beatificationem ratificata tolerantia supponit probabilitatem, sub certitudine moralis non tantum nata dirigere virtutem religionis, sed apta etiam inducere ad pia credendi affectionis imperium supernaturale, ex quo fidei assensus procedere valeat, dum tamen in rei veritate homi-

nis taliter beatificati sanctitas, atque adeo venerationis Duleuticae capacitas, continetur sub praeminuato de Sanctis gloria caelesti condecoratis, cultuque Duleutico venerandis ac religiose implorandis principio Divinitus revelato, uti pluribus ostensum fuit in nostra Theologia.

## PROBATIO II.

Qua testimonij Summorum Pontificum ostenditur, in quaestionibus fidei certissimum esse Papae iudicium.

**H**ujus argumenti texturam ex praefati Authoris de libertatibus Ecclesiae Gallicanae lib. 7. cap. 12. depromptam hic ob oculos ponere placuit. Si Summorum, inquit, Pontificum, tanquam in propria causa loquentium, rejicienda esset auctoritas, nec eorum dignitatis, sanctitatis, aut meriti habenda esset ratio, pari, vel potiori etiam ratione reculari posset Concilium Constantiense, cujus decretis, ut alibi examinata sunt, nititur haec propositio, cum in propria etiam causa loqueretur. Verum nefas est, de illis praesertim, qui sanctitate ac doctrina perspicui fuerunt, suspicari, eos propriae dignitatis augendae causa doctrinam inducere voluisse, quae, si erronea esset, totius religionis Christianae fundamenta concuteret.

Sanctus Innocentius a S. Augustino, & ab alijs Patribus tantoperè commendatus ep. 25. ad Episcopos Milevitani Concilij anno 417. Romanam Ecclesiam, ut fidei fontem perenniter fluentem exhibet: Neque enim hoc vestram credo latere prudentiam, qui id etiam advena firmastis. scientes, quod per omnes Provincias de Apostolico fonte petentibus responsa semper emanant. Praesertim quoties fidei ratio ventilatur, abitur, omnes fratres, Coepiscopos nostros non nisi ad Petrum, id est, sui nominis & honoris Aularem referre debere, velut nunc retulit vestra dilectio, quod per totum mundum possit Ecclesijs omnibus in commune prodesse. Notentur haec verba, non nisi ad Petrum, ad quem fidei quaestiones referuntur, dum referuntur ad ejus succellorem. Quia nimirum sicut officio, sic de fidei firmitati officio necessariae, succedit.

Relationes olim ad sanctam Sedem ex omnibus Christiani orbis provincijs, praesertim ex Gallia fieri solitas fatentur Galli: sed forsitan responiones non esse irreformabiles existimant. Contrarium S. Innocentius sentiebat, quandoquidem epist. ad Episcopos Macedoniae a Dionysio Exiguo cum alijs collectis, injuriae adversus sanctam Sedem tribuebat, quod secundò consuleretur, quasi ejus sententia in dubium revocaretur. Adverti, inquit, Sedi Apostolicae, ad quam relatio quasi ad caput Ecclesiarum missa currebat, aliquam fieri injuriam, cujus adhuc in ambiguum sententia duceretur. Hanc etiam exceptionem excludunt multi Doctores, quorum testimonia supra reddita sunt, ut in eis observare licuit.

San-

89. Sanctus Cælestinus Legatos mittens in Orientem, ipsis contendere prohibuit, præcepit verò de aliorum sententijs judicare: quæ iustione significabat, non esse ab Episcopis expectandum consensum, ut esset irreformabile Papæ iudicium, sed per ipsius iudicium, & per instructionem ab eo datam componenda, atque ad unitatem redigenda variè sententiarum Episcoporum suffragia. Ad disceptationem, si fuerit deventum, vos de eorum sententijs diiudicare debetis, non subire certamen. Commonitor. Cælest. apud Christianum Lupum ad Ephes. Concil. varior. Patr. epist. cap. 256.

90. Sancti Leonis Magni testimonium protulimus cap. 3. Sed Launoius, ut illi vim detrahat, par. 5. epist. 2. illud de sancto Petro tantum, ac pro tempore Passionis duntaxat interpretatur, malæ fidei acculans Bellarminum, quod omiserit eam partem, in qua Passionis sit mentio. Sed cadit hæc accusatio, si reddatur pars alia testimonij, quam Launoius ipse omisit, & in qua sermo fit de tempore post Passionem. Sequitur enim: Cùm itaque dilectissimi, tantum nobis videamus præsidium Divinitus institutum, rationabiliter & iustè Ducis nostri meritis & dignitate letamur, gratias agentes sempiterno Regi Redemptori nostro Iesu Christo, qui tantam potentiam dedit ei, quem totius Ecclesiæ Principem fecit, ut si quid etiam nostris temporibus rellè per nos agitur, rellèque disponitur, illius sit gubernaculis deputandum, cui dictum est: Et tu confirma fratres tuos & cui post resurrectionem suam Dominus ad trinitatem æterni amoris professionem mysticâ insinuatione ter dixit: Pascite oves meas: quod nunc quoque procul dubio facit, & mandatum Domini pium Pastor exequitur, confirmans nos cohortationibus suis, & pro nobis orare non cessans. Non enim Christus post Passionem Petro commisit oves suas, ut tempore Passionis eas pasceret; nec de illo tantum tempore intelligi possunt hæc verba: Quod nunc procul dubio facit, &c. At, inquit, facit hoc Petrus cohortationibus suis, & orationibus. Ita est; sed facit etiam, quia, ut idem S. Leo dicit in serm. 2. in Anniversario assumptionis suæ ante medium, in Romano Pontifice omnium Pastorum sollicitudo cum commendatarum sibi ovium custodia perseverat, & ejus etiam dignitas in indigno herede non deficit. Non est autem inutilis propositio Bellarmini de S. Leonis autoritate, etiam si partem tantam attulerit, nec quæ ex illa consequuntur, expresserit; quia scilicet cùm ex verbis, quæ recitaverat, sequeretur, potestatem S. Petro collatam, tanquam supremo Pastori, & ut fratres confirmaret, in promptu erat unicuique concludere, eadem potestate muniti, qui eadem officio à Domino præponitur.

91. Sancti Agathonis etiam testimonium jam reddidimus, sed multiplici telo Launoius illud impetit. Primò distinguens Apostolicam Christi Ecclesiam, (id est, Romanam, de qua, ut fatetur Launoius, loquitur Agatho) à Romano Pontifice. Sed, ut jam alibi insinuavimus, inutilis est distinctio. Sufficit enim, ut non errandi privilegium Ecclesiæ Romanæ con-

cedatur. Planum est enim, illud à Pontifice in Clerum derivari, idque verba ipsa Evangelij ab Agathone recitata ostendunt: Ego autem rogari pro te, &c. Adde, quod ad propositum nostrum satis est, ut Pontificis iudicium certum sit, antequam universæ Ecclesiæ consensus accesserit. Secundò distinguit Launoius jus à facto, notatque, quod Agatho quæstionem Facti, non Juris tractat, cùm ait: Apostolica Christi Ecclesia, id est, Romana, à tramite Apostolica traditionis nunquam errasse probatur, aut hæreticis novitatibus anquam depravata succubuit. Benè quidem Launoius, si ibi listeret Agatho, (sed causam continuò affert, quæ Ius validius, quam Factum adstruit. Prosequitur enim: Quia dictum est Petro: Simon, ecce satanas, &c. Ego autem rogavi pro te, &c. Hic Dominus fidem fratres suos admonuit. Quod Apostolicos Pontifices meæ exiguitatis Prædecessores confidenter fecisse, cunctis est agnium. Tertio Launoius circa hæc ultima verba notat; Agathonem indefinè scribere: Apostolicos Pontifices Prædecessores confirmasse fratres suos: sed definè non scribere, Apostolicos Pontifices Prædecessores omnes confirmasse fratres. Sed nonne juxta regulas Dialecticæ propositio indefinita de facto circumstantijs non limitato, æquivaleret universali? At, inquit Launoius, multi Pontifices secus fecerunt. Utrùm aliqui præcepto implendo defuerint, sive defectu spei consequendi fructus, sive etiam per negligentiam, quæstio est de facto nequaquam juri præjudicans. Sufficit, ut Pontifices præceptum sibi à Christo impositum de confirmandis fratribus scientes, regulariter, & ordinariè illud cum autoritate, sæpe cum utilitate præstiterint, Sancti Gregorij testimonium jam retulimus.

Nicolaus I. in epistola ad Michaelem Imperatorem privilegia sanctæ Sedi in persona B. Petri à Christo collata immota semper futura esse constanter affirmat, inter quæ illud sine dubio præcipuum est, ut vacillantes in fide confirmet, quemadmodum fecerat S. Leo erga Concilium Ephesinum secundum. Quomodo, inquit, non egeat qualibet Synodus Romana Sedis? Quomodo in Ephesino Latrocinio cunctis Præsulibus, & ipsis quoque Patriarchis proludentibus, nisi Magnus Leo, imitator scilicet illius Leonis, de quo scriptum est; Viciu Leo de tribu Iuda; Divinitus excitatus, os aperiens totum orbem, & ipsos quoque Augustos concuteret, & ad pietatem commoveret; Religio Catholica penitus nõ corrumpisset? Et inferius; Cùm Ecclesiæ Romanæ privilegia Christi ore in B. Petro firmata in Ecclesia ipsa disposita, antiquitus servata, & à sanctis Universalibus Synodis celebrata, atque à cuncta Ecclesia jugiter venerata, nullatenus possint minui, nullatenus infringi, nullatenus commutari, quoniam fundamentum, quod Deus posuit, humanus non valeat amovere conatus: & quod Deus statuit, firmum validumque consistit, &c.

Parciùs de privilegij Ecclesiæ Romanæ Nicolaus, quàm ad eum scribens S. Ignatius Patriarcha Constantinopolitanus, cujus epistola lecta est in a. 3. eilave Synodi, & in qua tum Petri dignitatem, & potestatem, tum ad success-

successores transmissionem luculentissime proficitur his præcipue verbis: Dixit Petro Magno, & summo Apostolorum: Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam, & porta inferi non prævalent adversus eam. Et iterum: Tibi dabo claves Regni caelorum: & quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in caelis: & quodcumque solveris super terram, erit solutum & in caelis. Tales enim beatas voces non secundum quandam utique sortem Apostolorum Principi solam circumscriptis, & definitis, sed per eum ad omnes, qui post illum secundum ipsum efficiendi erant Summi Pastores, & Divinissimi sacrique Pontifices Senioris Romæ, transmisit. Et ideo ab olim, & præso tempore in exortis hæresibus, & prævaricationibus Eradicatores & Interemptores malorum Zizaniorum, & labefactorum, & penitus insanabiliter egrotantium membrorum multi multoties facti sunt eorum, qui sanctitatem, & summam Paternitatem tuam illi præcesserunt, scilicet Principis Apostolorum, & illius zelum in fide, quæ secundum Christum est, imitantes. Quibus verbis non solum B. Petri, sed & successorum ejus autoritas explicatur. Si quis eorum ponderi aliquid detractum velit, quod eo tempore scripta sint, cum S. Ignatius Romani Pontificis ope indigeret, animadvertat, sanctum esse, qui scribit, adeoque in rebus tanti momenti ab adulatione remotum: non illum duntaxat Patriarcham Constantinopolitanum ad beati Petri Sedem confugisse: epistolam ejus in Concilio Generali lectam ab aliquo improbandam fore, si quid Episcopo Romano concessisset in præjudicium Concilii Generalis.

94. Quod argumentum multo efficacius evadit, si animadvertatur plures epistolas, ejusdem autoritatis facientes mentionem, perlectas, & similia elogia in favorem Romani Pontificis ab Episcopis, à Legatis, vel à Pontificibus ipsis prolata, contradicente nemine, fuisse. Quod jam de Legatis Cælestini in Concilio Ephesino notavimus, de epistola Agathonis in sexta Synodo recitata, aliisque nonnullis. Id, si semel, aut bis tantum contigisset, inadvertentiæ tribui posset; sed quomodo fieri potuisset, ut tantus Præsulum numerus toties rem adeo insignem inattentâ mente audisset?

95. Quæ circa testimonia sanctorum Leonis I. & Agathonis adversus Launoij objectiones notata sunt, valent etiam adversus ea, quæ Nicolai I. modò adductis, & Leonis IX. cap. 3. relatis, & ex parte etiam Innocentij III. mox exscribendis verbis opponit.

96. Sed repetendum est testimonium S. Leonis IX. ut ex ejus altero ejusdem Sancti collatione clarior fiat adversus Launoium ejus sententia. Igitur S. Leo IX. qui ab alijs VIII. tantum numeratur, antea Episcopus Tullensis, indefectibilem Romani Pontificis fidem Christi oratione impetratam non potuit luculentius explicare, quam his epist. 5. quæ est ad Petrum Antiochenum, verbis: Nimirum solus est ille (Petrus) pro quo, ne deficeret ejus fides, Dominus, & Salvator asseruit se rogasse dicens: Simon Simon ecce sathanas expetivit vos,

ut cribraret sicut triticum, ego autem rogeri pro te, ut non deficiat fides tua; Et tu aliquando conversus confirma fratres tuos, quæ venerabilis & efficax oratio obtinuit, quod hæc fides Petri non defecit, nec defecitura creditur in throno illius, usque in seculum seculi: sed confirmabit corda fratrum varjæ concutienda fidei periculis, sicut sicut usque nunc confirmare non cessavit.

Vox illa, creditur, est, quando est de fide Divinâ sermo, assensum omnino firmum significet, cum tamen de opinione humana dicitur, dubitationem plerumque, aut suspensionem de contrario innuit, quod nimirum solus Deus erroris & fraudis expertus sit. Itaque, ne quis se in secundo sensu vocem illam interpretetur, afferendus est alius locus ex epistola prima ejusdem sancti Pontificis, ubi omnium securitate, ac firmitate loquitur, ac mirum in modum explicat verba Christi toties laudata. Taliter, inquit cap. 6. epist. 1. sancta Ecclesia super Petram, id est Christum, & super Petram, vel Cepham filium Joannis, qui prius Simon dicebatur, ædificata; quia inferi portæ, disputantibus scilicet hæreticorum, quæ vanis ad interitum introducunt, nullatenus foret superanda, si pollicetur ipsa veritas, per quam sum vera, quæcumque sunt vera; porta inferi non prævalent adversus eam, cujus promissionis effectum se precibus impetrasse à Patre, idem filius protestatur dicendo ad Petrum: Simon ecce sathanas, &c. Erit ergo quisquam tantæ dementiæ, qui orationem illam, cujus velle est posse, audeat in aliquo vacuum putare? Audi jam, quantâ cum constantiâ privilegium B. Petri ad Successores transisse continentiâ omnium temporum experientiâ confirmet. Nomen à Sede Principis Apostolorum, Romanâ videlicet Ecclesiâ, tam per eundem Petrum, quam per successores suos reprobatâ, & convictâ, atque expugnata sunt omnium hæreticorum commenta, & fratrum corda in fide Petri, quæ hæc non defecit, nec deficiet usque in finem, sunt confirmata.

Launoius hanc autoritatem elidere duplici præcipue ratione molitur. Primâ interpretando eam de Ecclesia universali. Sed quàm sit consona textui glossa, judicet, quicumque latinam linguam intelligit. Convenit quidem Ecclesiæ universæ firmitas, de qua Leo in principio loquitur, sed specialiter Ecclesiæ Romanæ aptatur, quia scilicet ab ea in alias derivatur. Secundâ Launoij responsio est, verum non esse, quod ait Leo, à Petri Sede commenta hæreticorum omnium expugnata esse; quod inductione nititur demonstrare, quasi posset Launoius scire, an non intervenit autoritas S. Petri, aut successorum ejus, sive in principio, sive in progressu propagationis hæretum. Et intervenisse de facto contra nonnullas earum, quas enumerat, si opus esset, ex certis documentis demonstraretur, v. g. contra Pauli Samosatani, contra Eunomij, & aliorum errores, ex S. Athanasij epist. ad Orthodoxos, Theodoretæ Eccles. hist. lib. 5. cap. 8. 9. 10. & 11. libello Synodico extante in tomo 2. Juris Canonici veteris Christophori Justelli, Photio de Synodis, & epist. ad Michaelem Bulgariæ Principem cap. 2. Epist. Damiani



masi ad Paulinum Antiochenum in collect. Rom. Hollstenij par. 1. & P. Labbe tom. 2.

39. Leonis testimonium confirmat his verbis Gregorius VII. in lib. 8. epist. 1. quæ est ad Simandensem Archiepiscopum: Quæ (Ecclesia Romana) per B. Petrum, quasi quendam privilegio ab ipsis fidei primordiis à sanctis Patribus omnium Mater Ecclesiarum adstruitur, & ita usque in finem semper habebitur, in qua nullus unquam hæreticus præfuisse dignoscitur, nec unquam præficiendum, præsertim Domino promittente, confidimus. At enim Dominus Iesus: Ego rogavi pro te, Petre, ut non deficiat fides tua. Hunc locum profert Launojus, ut verba illa, Ego rogavi pro te, ostendat, non de solo Romano Pontifice, sed de Ecclesia Romana esse accipiendam. Sed patet, sanctum illum Pontificem hoc privilegium Ecclesie Romanæ eâ tantum de causâ tribuere, quod illi Petri successor præsit. Hoc significat particula illa, enim Ideo enim Ecclesia Romana est mater omnium aliarum, quia ei nonquam præfuit, neque præficietur hæreticus. Ideo non est præfectus, neque præficietur hæreticus, quia Dominus rogavit pro Petro, ut non deficeret fides ejus, scilicet neque in ipso, neque in ejus successoribus.

100. Superfluum esset, posteriorum Pontificum hæc de re testimonia proferre, cum nemo dubitet, eos suum in fidei questionibus iudicium irreformabile affirmasse. Unicum igitur duntaxat adducam, scilicet Innocentij III. qui verba Innocentij I. quæ principio retulimus, interpretabitur, si tamen cuiquam possunt videri obscura. Igitur Innocentius III. in epist. ad Episcopum Arelatensem docet, majores causas, & præsertim, quæ ad fidem pertinent, ideo ad Romanum Pontificem esse referendas, quod indefectibilis sit ejus, ut Petri, fides. Majores, inquit, Ecclesie causas, præsertim articulos fidei ad Petri Sedem referendas intelligit, qui novit, pro eo Dominum exorasse, ne deficiat fides ejus.

101. Notat Launojus, Innocentium non dicere id, quod ad Sedem Apostolicam iudicandum refertur, ibi certè, & sine ullo erroris periculo iudicatum iri. Quid igitur sibi volunt illa verba, quæ rationem continent, cur causæ fidei ad Petri Sedem referendæ sint; Dominum exorasse, ne deficiat fides ejus? Nam si certè & sine ullo erroris periculo iudicatum non eunt, Dominus quidem oravit, sed non exoravit. Exorasse autem Innocentius, & plures alij affirmant. Apertius mentem suam explicat Innocentius serm. 2. in consecrat. Pont. Max. Nisi enim ego solidatus essem in fide, quomodo possem alios in fide firmare? Quod ad officium meum vocatur specialiter pertinere; Domino protestante: Ego inquit, pro te rogavi Petre, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando conversus, confirma fratres tuos. Rogavit & impetravit: quoniam exauditus est in omnibus pro sua reverentia. Et ideo fides Apostolica Sedis in nulla unquam turbatione defecit, sed integra semper, & illibata permansit, ut Petri privilegium persisteret inconcussum. Jam etiam supra vidimus, Innocentium I. ægrè tolisse, quod sancta Sedes super ipsam questionibus secundo

consuleretur, quasi non esset indubitata prima ejus sententia.

Agnoscent omnes, etiam Gallicani, hujus relationis necessitatem, cujus tot leguntur exempla Episcoporum sanctitate insignium, præsertim lux nationis jam à primis sæculis, ut S. Victoricij Rotomagensis, S. Exuperij Tolosani, S. Cæsarij Arlatensis; & aliorum circa disciplinam; aliorum circa fidem, & mores, ut jam olim S. Leo Magnus ad Episcopos provincie Viennensis scripserit: Nobiscum itaque fraternitas vestra recognoscit, Apostolicam Sedem pro sui reverentia à vestra etiam Provincie Sacerdotibus innumeris rationibus esse consultam, & per diversarum, quemadmodum vetus consuetudo poscebat, appellationem causarum, aut retractatam, aut confirmatam fuisse iudicia. Sed unde oritur illa necessitas consulendæ sanctæ Sedis in causis majoribus, præsertim articulos fidei contingentibus, nisi ex eo, quod pro Petro Dominus exoraverit, ne deficeret fides ejus, ut inquit Innocentius III. ac plures alij jam citati? Quisnam autem ex tot antiquis Episcopis Gallicanis, hujusmodi causas ad Apostolicam Sedem referentibus, existimavit reformandum, aut reformabile esse illius iudicium?

DISQUISITIO VI.

Expenduntur, quæ Ludovicus Ellicius du Pin in sua circa antiquam Ecclesie Disciplinam Dissertatione quinta adfert adversus Romani Pontificis in rebus Fidei infallibilitatem.

Ellicius in sua præsentis Dissertationis I. quintæ Præloquio sequentia fuit præfatus. Primò. Cum ea communis sit omnium hominum conditio, ut multis ac varijs erroribus sint obnoxij, nullum præstantius mori aliquid minus à Deo concedi possit, quam ut aliquibus in rebus falli non possit, præsertim verd in ijs, quorum cognitio, licet necessaria, rationis tamen viribus haberi non potest. Hinc nullum majus Romanis Pontificibus privilegium tribui potuit, quam certum & infallibile in rebus fidei definiendis iudicium. Sed quo majus & excellentius est istud donum, eo diligentius cavendum est, ne illud temerè ac sine fundamento ipsis ascribamus: nam præterquam quod indignum est, alicui auctoritatem eam, quæ ipsi non competit, tribuere, nihil magis periculosum, quam eum, qui possit errare, infallibilem credere: si enim contingat, eum de factis errare, necessario in errorem ducentur, qui eum deficere minime posse arbitrantur, cum ei auctoritati, quæ putatur infallibilis, adherendum omnino sit. Igitur Romani Pontificis infallibilitatem credere nemo debet, nisi tam perspicue demonstretur, ut nullus dubitationi supersit locus. Nam nisi omnino certum sit, eum esse infallibilem, qui potest ejus iudicium pro certo & infallibili haberi? Quippe si probabile tantum est, Pontificem esse infallibilem, potest id etiam esse falsum; quod si falsum id esse potest, potest in particulari iudicium quodlibet Papa esse falsum.

Ffff Quo.

Quomodo ergo dicitur infallibile iudicium, quod potest esse falsum? Itaque qui Pontificis defendunt infallibilitatem, tenentur apertissime demonstrare, istud privilegium ei à Deo concessum esse, hoc autem aliter probare non possunt, quam ex Scriptura & traditione: quare si ex neutro capite palam & aperte id ostendant, actum est illud infallibilitate Pontificiâ.

2. Secundò. Quòd ij, qui Pontificis Romani infallibilitatem propugnant, non id sibi volunt, Romanos Pontifices prorsus & quocumque in casu esse infallibiles: imò fatentur, eos non secùs ac ceteros mortales sæpe errare ac decipi; sed tunc eos errare non posse perhibent, cum ex Cathedra loquuntur, quæ vox antiquis omnibus Theologis hoc in negotio ignota, à recentioribus est excogitata.

3. At quamvis omnes infallibilitatis Pontificiæ assertores de ea conveniant, in ejus tamen sensu assignando multùm à se invicem discrepant: quibusdam loqui ex Cathedra, idem est ac cum Concilio loqui; sed isti non tam videntur infallibilitatem Pontifici tribuere, quàm Concilio. Alij ex Cathedra loqui, idem sonat ac secundùm Scripturam & traditionem loqui; quæ quidem expositio nihil magis tribuit Pontifici, quàm cuiilibet alijs; certum enim est, cum non errare, qui secundùm Scripturam & traditionem loquitur: sed illud queritur, quomodo, & an certò scribi possit, Pontificem secundùm Scripturam & traditionem loqui? Quòd si cuiilibet examinare liceat, ruit profectò infallibilitas illa Pontificiâ. Alij sic explicant illud ex Cathedra loqui, ut idem sit ac loqui, re maturè & diligenter examinata. Vulgatissima expositio verborum istorum, quam Cajetanus, Bellarminus, Duvallius, & alij subministrant, hæc est, Pontificem loqui ex Cathedra, cum circa fidem, aut bonos mores Ecclesiam docet, sed nec ista nodum planè solvit; ulterius enim queritur, unde cognoscatur, utrum Ecclesiam doceat universam, an verò, ut prius loquatur. Hic eis aqua hæret; quidam dicunt, Pontificem tunc censeri Ecclesiam docere, cum Decretalem condit, alij, cum consultus respondet; nonnulli, cum Bulla ejus certo tempore ad valvas S. Petri affixa est, quo nihil ineptius dici potest. Ceterùm inde colligitur, quanta sit eorum, qui Pontificem Romanum infallibilem esse docent, in sua opinione tuendâ anxietas & inconstantia, ex qua de ejus falsitate præjudicari quodammodo potest. Enim verò ut certi esse possimus de infallibilitate iudicij alicujus à Romano Pontifice lati, debemus habere certam regulam, per quam manifestè cognoscamus, hoc istorum de numero esse, quæ necessariò infallibilia sunt; at nondum de ejusmodi regulâ convenit inter eos ipsos, qui Pontificem infallibilem esse prædicant, sed hi quidem unam, alij verò aliam conditionem ad certitudinem alicujus iudicij Pontificij requisitam esse contendunt, ac proinde necesse est, iudicium illud in dubium ab aliquibus revocari, quòd ab alijs pro certo & infallibili habebitur.

4. Quomodo ergo quisquam potest esse certus, hoc vel illud iudicium de numero infallibilium esse, cum secundùm aliquos in dubium revocari possit, secundùm alios de eo dubitare, sit nefas: ergo hic epòchein oportet, & neutrum iudicium pro infallibili habere. Sed his præmissis, Romanos Pontifices aut solos, aut cum sua Romanâ Synodo, etiam cum ex Cathedra loqui perhibentur, in iudicando falsi posse, ostendamus.

Ad hoc autem sufficeret, adversa opinionis argumenta refellere, quia ipsorum est (ut observamus) probare ex Scriptura, & traditione, Pontificem Romanum inerrantia privilegio gaudere; quapropter nobis satis esset, argumenta, quibus hæc rationibus & exemplis docere, Pontifices in definiendo errare posse, & de factò erravisse; sed quæ non nocet (ut loquuntur) abundantia laris, nitroque nos, Deo dante, præstabimus.

Hæc per Ellicium aliter in ipso equidem hujus Dilquisitionis decursu refutabuntur, consultum tamen ducimus, in fine illius subnecti e Corollarium, in quo summaria eorum Ellicianorum in Præloquio adductorum discursuum, Papam quæ ex Cathedra loquentem complectentium, exhibebitur contentio.

## S. I.

Expenduntur Ellicij argumenta contra infallibilitatem Romani Pontificis desumpta ex sacris Litteris, veterisque Ecclesiæ disciplinâ.

## ARGUMENTUM I. Ellicij.

Romanum Pontificem non esse infallibilem, i. nititur hic Theologus probare ex Galat. 2. v. 14. ubi Petrus à Pauloreprehensibilis fuisse perhibetur, acculaturque ad eodem, quòd non rectè ad Evangelij veritatem ambularet, quòdque gentes autoritate sua ad judaizandum impelleret. Jam verò si potuit Petrus adversus veritatis regulam, quam postea Ecclesia secuta est, cogere gentes ad judaizandum (ut observat Augustinus) cur non poterunt Petri successores contra veritatis regulam aliquid aut docere, aut faciendum præscribere? Hæc verò ratio non à nobis primùm inventa est, sed ab Augustino centies inculcata: is enim ex hoc loco sapius concludit, nullum omninò Episcopum, nullam Synodum Provincialem esse infallibilem. Sic lib. 2. de Baptismo cap. 1. ita ratiocinatur.

Si quisquam nunc cogat, circumcidi aliquem more Judaico, & sic baptizari, multò amplius hoc dicitur genus humanum, quàm si aliquis cogat rebaptizari, quapropter cum Petrus illud faceret à Paulo posteriore corrigitur... quando scilicet & fortiss, quod per universa Ecclesia statuta firmatum est, vel unius Episcopi auctoritate, vel unius Provincia Concilio præferendum est. Ante Augustinum verò Cyprianus idem ex isto Apostoli Pauli facto intulit in epist. ad Quintum; Nam nec Petrus, quem primum Dominus elegit, & super quem edificavit Ecclesiam suam, cum secum Paulus de circumcissione postmodum disceptaret, vindicavit sibi aliquid insolenter, aut arroganter assumpsit, ut diceret, se primatum tenere, & obtemperari à novellis & posteris sibi potius oportere, sed consilium veritatis admisit, & rationi legitime, quam Paulus vindicabat, facile concessit, ut non pertinaciter nostra amemus, sed quæ aliquando à fratribus & collegis nostris utiliter & salubriter suggeruntur, si sint vera & legitima, nostra potius ducant.

ducamus. Ex quibus conficitur, exemplo Petri doceri Episcopos omnes, nullo excepto, in errores prolabi posse, & ab alijs emendari.

Responsio.

3. PRIUSQUAM respondeatur, ob oculos ponenda est distinctio à S. Augustino lib. 2. contra epist. Petiliani cap. 51. tradita inter officium Pastorale Cathedræ Apostolicæ seu Romanæ, ac personam in ista Cathedra sedentem. In vi cujus distinctionis, teste eodem S. Augustino ita res se habet, ut errores ac vitia personæ Romanæ Sedem obtinentis nullatenus redundent in Cathedram Apostolicam Romanæ Ecclesiæ. Quamvis igitur aliqui Scripturarij sentiant, Petrum non tam in seipso, quam ex alieno rei veritati dissimili iudicio Galat. 2. fuisse reprehensibilem: hoc tamen seposito, & admissio, alicui Petrum in Legalibus obtrudendis culpæ, seu indifferenti non tam mortiferæ, quam veniali exitisse obnoxium: uti hæc alibi à nobis discussa liquent. Nihilominus hæc de re non ex Cathedrâ suâ Apostolicâ sanxerat aliquod Dogma, sed in Facto duntaxat personæ suæ propriæ reatum contraxit, velut Divi Augustini ab Eliesio superius allegata verba clarè insinuant, utpote qui non ex Dogmate falso redarguebatur, nec adeo quâ docens ex Cathedra sua, sed quâ faciens Judaico more baptizandus circumcidendi, fuerat à Paulo posteriore correctus.

4. Ex quâ proinde quoad Factum suum personale, non verò quoad Dogma ex Cathedra definiendum Petri errabilitate, infert præcitatæ sanctæ Ecclesiæ Doctor id, quod per universa Ecclesiæ statuta est firmatum, utique præferendum unius Episcopi authoritati, vel unius Provincie Concilio, utpote perinde obnoxio errori, ac Petrus quoad Factum ex propriâ ipsius personâ promanans errare potuerat: qui tamen error secundum eundem Augustinum ejus Cathedræ Apostolicæ nullatenus fuerat imputandus.

5. Hanc igitur sui ex propriâ personâ in Facto, non verò ex Cathedra Apostolica in Dogmatis sciendi jure errabilitatem agnovisse, inducitur Petrus à Cypriano in Epist. ad Quintum asseverante, quod correptus à Paulo haud vindicârît sibi, ut diceret, se Primatum gere, sibi que potius à novellis & posteris obtemperandum esse, quippe cum probè sciverit, se in Facto illo non ex primatûs sui Cathedrâ Apostolicâ, sed ex propriâ suâ personâ prodeunte, errori obnoxium fuisse.

ARGUMENTUM II. Eliesij.

6. IN hoc sit prioris argumenti continuatio, illustrationisque, per quam S. Augustinus ex errore Petri argumentabatur ad Concilij Provincialis errabilitatem, exinde fit extensio ad Romanorum quoque Pontificum errabilitatem juxta Pelagij II. ad Illiricæ Episcopos epistolam hæc verbis conceptam. Debet, in-

quit, pendere vestra dilectio, quia prædecessorum nostrorum in hac causa (trium capitulorum) consensus tantò post inanis non fuit, quando prius duris contradictionum laboribus insudavit: sed his insuper factum Petri, qui & Paulum superat, vestra fraternitas ad memoriam reducat, diu quippe vestrit, ne ad fidem gentes sancta Ecclesia sine circumcissione reciperet: diu se à conversarum Gentium communione subtraxit, Paulo attestante, qui ait, cum venissem Antiochiam, in faciem ei vestiti &c. qui tamen ab eodem Paulo postmodum ratione susceptâ, dum quosdam conspiceret, qui Gentiles ad Ecclesiam venientes pondere servandæ circumcissionis onerarent: ùicit, cur tentatis Deum, imponentes jugam cervicibus discipulorum, quod neque patres nostri, neque nos portare potuimus? Nunquid, fratres dilectissimi, Petro Apostolorum Principi sibi dissimilia docenti, debuit ad hæc responderi? Hæc, quæ dicis, audire non possumus, quia aliud ante prædicisti. Si igitur in trium capitulorum negotio, aliud cum veritas quæretur, aliud autem inventâ veritate, dictum est, cur mutatio sententiæ huic Sedi in crimine obijciatur, quam cuncta Ecclesia in ejus authore veneratur?

Responsio.

7. Oportuisset, Eliesium in eo Pelagij II. discursu advertisse distinctionem illam, quâ is Pontifex talem fecerat conclusionem: Si igitur in trium capitulorum negotio, aliud, cum veritas quæretur, aliud autem, inventâ veritate, dictum est, cur mutatio sententiæ huic Sedi in crimine obijciatur, quam cuncta Ecclesia in ejus authore veneratur? En proinde quàm sedulo discernere oporteat tempus inquisitionis circa veritatem indagandam. Sub cuiusmodi profectò disquisitione, utpote definitivæ sententiæ præviâ, necdum loquitur Papa ex Cathedrâ suâ Apostolicâ, sicque adeo mutabilitati sententiarum in ipso etiam Pontifice adhuc locus esse potest. At ubi inventâ veritate, sit decretoria hujus definitio, quam in ejus authore (Papa scilicet ex Pastoralis erga Universalem Ecclesiam officij Cathedrâ Apostolicâ decisoriè loquente) veneratur cuncta Ecclesia: nequit jam Pontifex obnoxius esse errori, quin iste redundaret in sanctam Ecclesiam, Apostolo Paulo teste, veritatis columnam ac firmamentum.

ARGUMENTUM III. Eliesij.

8. PËrgit ille Parisiensis Theologus 3. præterdere, illud non errandi privilegium, quod Romano Pontifici tribuitur, per decem & amplius sæcula fuisse ignotum. Non enim pauca etiam de fide olim lata sunt iudicia in consulto Romano Pontifice, nec habitus est ille summus controversiarum iudex: sed sæpe sæpius iudicia ab ipso lata in Concilij præteritum Occumenicis, iterum examinata & retractata sunt: jam verò si extra controversiam tunc fuisset Romani Pontificis infallibilitas, an credibile est, ceteros Episcopos quidquam iudicatos fuisse absque illius consensu & authoritate, aut aliquid ab ipso iudicatum.

tum retractaturos fuisse? Nam posito, quod infallibile sit aliquod iudicium, absurdum est, causam in eo terminatam iterum examinare & iudicare. Quid ergo necesse erat, totius orbis Episcopos fatigari? Quid opus, Ecclesias Pastoribus orbari ad cogenda Concilia, quorum iudicium non pluris fieri deberet, quam unius Romani Pontificis? Nam è duobus infallibilibus iudicijs, unum pluris altero fieri non potest, nec duo infallibilia iudicia maiorem habent auctoritatem, quam unum; quod enim infallibile est, omnem omnino meretur fidem, nec quidquam huic certitudinis ex illo iudicio, licet infallibili, accedit.

9. Verum id argumentum, quod ineluctabile est, maiorem etiam lucem accipit ex his controversijs: quas nonnulli Episcopi maxime Catholici cum Romanis Pontificibus habuerunt. Nam si Romani Pontificis infallibilitas in iudicando ab omnibus Catholicis tum fuisset agnita, ceteri Episcopi Catholici illius procul dubio iudicio cessissent, & ab eo dissentire, nefas esse duxissent: sic verbi gratia, si tempore Victoris Romani Pontificis iudicium infallibile habitum fuisset, ei non resistissent, non modò Asiatici, sed nec Irenæus, & ceteri orbis Episcopi, qui in illorum communionem contra Romani Pontificis sententiam permanferunt. Similiter si tempore Stephani compertum fuisset, Romanum Pontificem errare non posse, Cyprianus & Africani Præsules, nec non Dionysius & alij Orientis Episcopi in Stephani sententiam pedibus ivissent, nec disciplinam suam contra ejus auctoritatem mordicus retinuisissent: & certè S. Augustinus hac de re agens, supponit eos, illæsa fide & charitate, à Stephano dissensisse, quia res nondum fuerat supremo iudicio & infallibili determinata. *Fuit, inquit, lib. 2. de Bapt. c. 5. aliquando de Baptismo dubitatio, qui diversa senserunt, in unitate manserunt, ea dubitatio procedente tempore, perspecta veritate, sublata est.* Jam verò si Romani Pontificis iudicium tempore Augustini fuisset indeficiens, nonne Stephani iudicio veritas perspecta, & sublata quaestio dici debuisset?

10. Denique ut alia mittam, tempore Basilij Magni iudicium Romani Pontificis, etiam si cum Episcopis Occidentalibus sentiret, non habebatur infallibile. Nunquam enim ille (Basilius) aut ceteri Orientales tres hypostasies rejicere voluerunt, & eos probare, qui unam dicebant hypostasim; quævis id maxime urgerent cum Romano Pontifice Occidentales, nec aliâ conditione cum Meletio communionem habere vellent, quorum propterea typhum Basilius acriter reprehendit.

#### Responsio,

11. **H**æc equidem alibi jam excussa, non nisi summarie hic repetenda sunt. Falsum igitur est, quod iudicia definitiva de fidei dogmatibus unquam lata sint, inconsulto Romano Pontifice, quippe cum Generalium etiam Conciliorum decisionibus, ut Christi, unâ &

Patris sui æterni assistentia præsto esset *Matt. 18. promissa*, pendere debeant ex consensu Duorum, unius, qui Vicarij Christi nomen præfert in terris, nempe Papæ Ecclesie sanctæ Capitæ, & reliqui Corporis Hierarchici, ex Prælati nomine Christi coadunatis subsistentis. Et licet aliàs probaverimus, Petræ firmitatem, atque adeo in rebus fidei decidendis infallibilitatem, ac ex Cathedra Apostolica decernendi potestatem, ex certiori sententiâ competere Papæ etiam antecesserit ad Concilium: attamen quia hoc necdum extat in Ecclesia definitum, majorque adeo, magisque contringens *secundum nos*, ad protervos præcipue convincendos, est credibilitatis evidentiâ ex Concilij Oecumenici non *Acephali*, sed *Capitis*, unâ & Hierarchici Ecclesie Corporis contentum complectentis definitione, idcirco iudicia Summorum Pontificum in rebus fidei extra Concilium lata, consulto referrebantur ad Synodum Oecumenicam pro omnimodâ etiam *quoad nos*, & ultimâ, consummatâque infallibilitate eidem impertiendâ, tametsi alibi ostentum fuerit, Decreta, quæ in rebus fidei à Summis Pontificibus antecesserit ex Cathedra Apostolicâ fuerant lata, nunquam erroris fuisse damnata à Concilio verè Oecumenico, vicarium scilicet Christi proprium Papæ characterem præferente. Quia porro non a quæ certum est, Pontificem Romanum ex Petra seu Cathedra sua Apostolica extra, ac intrâ Oecumenicum Concilium decernere; & aliàs in ijs, quæ *Falsi* sunt, Papa errare potest, imò in ipsis etiam fidei rebus non ex Cathedra loquens, deceptioni obnoxius est, idcirco evenire quandoque potuit, ut Episcopi in quaestionibus fidei antecesserit ad Concilij Oecumenici definitionem, ejusque ex Papæ authorizationem, ancipites adhuc hærentes, ac de rei veritate decertarent: quamquam pro isthoc instituto impertinenter allegatur Victor super Paschatis quaestione Judæicum ritum excindere conatus, verè Victor evadens; & Stephanus Papa Cyprianum prius dissentientem, de non rebaptizandis ab hæretico baptizatis definiendo, sibi consentientem reddens; uti hæc antehac probata dedimus.

Sed dum olim sub æquivocatione Nominis Hypostaseos, quod Græci pro subsistentia seu personalitate, Latini verò pro substantiâ supponere arbitrati sunt, Basilius cum Orientalibus significationi Græcis assuetæ inherens, decertabat cum Occidentalibus sua Latine significationi insistentibus, sicque de nomine, non de re dissentientibus, & in Sabeliano errore condemnando utrinque concordantibus, quid ex hoc adversus Papæ ex Cathedra Apostolicâ in dogmatibus fidei decidendis, infallibilitatem concludere licet?

#### ARGUMENTUM IV. Ellicij

**P**ergit hic Author argumentum suum prius deductum confirmare ex Romanis Pontificibus, qui ad causas Ecclesiasticas finitissimas, Synodos petierunt convocari: sic Liberius ad

ad Athanasij causam iudicandam. Synodum petijt à Constantio, Damasus & Occidentales petierunt Synodum fieri universalem ad res Orientis componendas. Siricius Bonosum ad Concilium remisit iudicandum. Innocentius petijt Synodum fieri ad causam Chryso- stomi examinandam. S. Leo ad Eurychis causam retractandam, rescindendumque la- trocinij Ephesini decretum, Synodum uni- versalem necessariam esse duxit. Mitto ali- os innumeratos. Quod si Romani Pontifices se in iudicandis rebus fidei, aut morum infalli- biles esse præsumpsissent, nunquam illas Syn- odos fieri petissent, sed iudicium suum ve- luti supremum & infallibile interposuissent.

14. Pro isthoc intento firmando, adducuntur insuper multa Augustini testimonia, in quibus asserit, nullius Episcopi, aut etiam Synodi Pro- vincialis iudicium esse infallibile. Sæpiissimè id habes in libris eius de Baptismo, cum obler- vat, nec Stephani, nec Cypriani iudicio qua- stionem de rebaptizatione hæreticorum fuisse terminatam, sed universalis Concilij ac totius Ecclesie iudicio. Hinc ibidem aperte pronun- tiat, omnes omninò Episcoporum literas, & omnia omninò Concilia Provincialia, ne exceptis quidem Romanis, emendari posse à Concilijs maioribus. Speciatim verò hanc regulam Romano Pontifici epusque Synodo adaptat lib. 2. ad Bonifac. c. 3. cum enim iacta- rent Cælestiani, Romanum Pontificem Zo- zimum Cælestij dogma approbasse, respon- det primò, Cælestium Zozimo imposuisse: deinde verò hæc addit. Sed si, quod abijt, ita- tum fuisse de Cælestio & Pelagio in Romana Ec- clesia iudicatum, ut illa eorum dogmata, que in ip- si & cum ipso Papa Innocentius damnaverat, approbanda & tenenda pronuntiarentur, ex hoc po- tius est prævaricationis nota Romanis Clericis inveniendâ. Sicine loqueretur Augustinus, si credidisset; Romanum Pontificem cum suo Clero non posse à fide deficere? Cæterùm tunc temporis adeò persuasum erat Episco- pis Africanis, Romanum Pontificem non esse in iudicando, Spiritus sancti adjuco- rio infallibilem, ut non dubitent id veluti certum proponere: Nisi forte, inquam, quisquam est, qui credat, angeloslibet nostrum pos- se Deum inspirare iustitiam: & innumerabilibus congregatis in Concilio Sacerdotibus denegare. Unus ille Episcopus, non alius est, quem Ro- manus, ad quem hæc verba diriguntur.

15. Afferitur demique Concilij V. Generalis sess. 1. tomo 7. Conciliar. col. 162. & 163. exa- rata sententia sub hoc tenore: Licet Spiritus sanctus gratia circa singulos Episcopos admittatur, ut non indigerent aliquo consilio ad ea, que agenda e- rant, non tamen voluerunt de eo, quod movebatur, seorsiter gentes circumcili, desinere, præsertim cum innumeris congregatis, Dominum Scripturarum in se omnino analogis, quæ dicta sua confirmaverunt, unde cum numeris de eis sententiam provalerant, ad gentes se habentes, rursus est Spiritus sanctus & nobre- sed & sanctus Patres, qui per tempora in sacris qua- tuor Concilijs convenerunt, ac omnes communitos de exortu hæreticis, & quæstionibus disposuerunt certe consensu, quod in communibus de fide digni-

tationibus, cum proponantur ex utraque parte, que discutienda sunt, veritatis lumen tenebras expel- lit mendacij: nec enim potest in communibus de fide discipulationibus aliter veritas manifestari, cum unusquisque proximi adiutorio indiget. Ex qui- bus cernere est, istius Concilij Patribus fuisse persuasum, veritatem alibi definiti non posse, quàm in Concilijs generalibus, nec ab ullo privato Episcopo etiam Romano quid- quam circa fidem decerni posse, quod ita cer- tum sit, ac ea, quæ in Concilijs definita sunt.

Responsio.

Hæc per extensum hic adduco, ne vel a- 16. pex de Ellielianis oppositionibus præter- missus prætendi queat, quamquam ea, quæ ex Romanis Pontificibus, causas Ecclesiasti- cas finiendas, ad Concilia Occumenica, ob rationes in proximo antecedente response nostrâ expressas, quandoque referentibus, iam an- tethæ etiam specificè à nobis discussa atque ex- cussa fuerint.

17. Sed quid vigoris circa causam præsentem inesse potest Augustini testimonijs, dum hic Ecclesie sanctæ Doctor ex libris eius de Baptis- mo probatur asseruisse, nullius Episcopi, aut etiam Synodi Provincialis iudicium esse in- fallibile? Num dicere fas est, sub voce Episcopi cum Synodo Provinciali hæc in re com- parati, esse sermonem de Romano Pontifice ex Cathedra Apostolica auctoritate decernente?

18. Esto, dixisset Augustinus, nec Stephani, nec Cypriani iudicio quaestionem de rebap- tizatione hæreticorum fuisse terminatam, ta- meti concontrarium in antecedentibus ostende- ritias, sed universalis Concilij, ac totius Ec- clesie iudicio esse finem impostum, ex hoc nihil aliud evinceretur, nisi quòd protervia adversariorum aliquando eò usque exercebat, ut iudicio Papæ haud contenti, maiorem quàm nos certitudinem ex Concilio Occume- nico adhuc exigant. Dum porro is sanctæ Ecclesie Doctor pronuntiavit, Episcoporum cunctorum literas, omniaque Concilia Pro- vincialia posse à maioribus Concilijs emenda- ri, in tebitur Romanos quoque Pontifices, Concilijs Provincialibus quantum vis majori- bus auctoritate supereminentes, hæc Augustini sententia contineri prætenditur. Sed quid Papæ ex Cathedra definitis infallibilitati nocere potuit deceptio Romanorum Cleri- corum prævaricationis in Cælestij dogmate approbando notam contrahentium? Sub quâ prævaricationis nota, dignissimum est an- nuadvertere, Divum Augustinum Clericos Romanos absque Zozimi Papæ mentione, com- prehensisse non aliam ob causam, nisi quia illud Cleri Romani iudicium non prosue- bat ex illius Pontificis Apostolicæ Cathedre. Quomodo autem Africani amantiquaque de- hinc Episcopi, Concilio Provinciali de Spiritu sancto inspiratione magis certant esse negantes, secundum rei veritatem potuissent huc verbis complecti Romanum Pontificem, F l l l l 3 neque

atque hunc adeo Synodo Provinciali, vel inferiori vel supparem statuere?

19. Quod denique ex quinta Generali Synodo adferebat Elliesius, in eo vel maxime venit advertendum, in Apostolis singulis eatenus fuisse ab illo Concilio Generali agnitam infallibilitatem, ut tamen non inane ac superfluum reputaretur, quæstionem de Legalibus referre ad Apostolos communiter congregatos. Unde manifestè evincitur, ex eo, quòd fidei quæstiones pro ultimata, & in ordine ad convincendos protervos, etiam quoad nos omnimodè consummatà infallibilitate obtinendà referantur ad Concilia Oecumenica, minime inferri, in Romano Pontifice ex Cathedrâ suâ Apostolicâ, etiam extra Concilium definitivè, quoad se, sive quoad rei veritatem non inexistere Petræ firmitatem, seu in rebus fidei infallibilitatem.

## S. II.

Elliesianæ probationes à Romanorum Pontificum à fide deviantium, & inter se pugnantium exemplis desumptæ refelluntur.

20. AB Elliesio à pag. 346. inducuntur I. nonnulli Pontifices à fide veritate aberrantes, & is imprimis Romanus Pontifex, de quo Tertullianus in libro contra Praxeam ista scribebat: Idem Praxeam tunc Episcopum Romanum agnoscentem jam prophetias Montani, Priscæ, Maximilla, & ex ea agnitione pacem Ecclesijs Asiæ & Phrygiæ inferentem, falsa de ipsis Prophetis, & eorum Ecclesijs asseverando, & prædecessorum ejus auctoritates defendendo; coegit litteras pacis revocatas emissas, & à proposito recipiendorum charismatum concessare. Fuit ergo tum temporis Romanus Pontifex, qui novas Montani prophetias approbavit, & per litteras Montanistis communionem impertijt, quas, errore cognito, revocare coactus est.
21. Verùm Tertulliano credendum non est, dum Romanum Pontificem secum sententem, sed Praxeam machinationibus à se postea aversum jactaverat. At esto, Papam illum, eujus tacito nomine meminit Tertullianus, à Montanistis persuasum, quòd Montanistæ errores ipsis imputatos reverè non tenuissent, pacem voluisse eis reddere, quam negassent prædecessores, num ex deceptione, non doctrinam, sed Factum concernente, redargui posset is Pontifex de fidei errore?
22. De Victore Papa Asiaticos in Paschatis celebratione iudaizantes, per excommunicationis censuram gravius coercente, constat ex antecedentibus, malè fuisse reprehensum à nonnullis Episcopis, tandemque Victorem evasisse, ipsomet quoque Nicæno Concilio ad stipulante.
23. De Stephano Papa liquet ex ijs, quæ to. 1. Concil. Edit. Parisiens. pag. 446. antehac adferebamus, ipsum hæreticorum baptismum non aliter, nisi sub invocatione unius Dei ac Trinitatis Personarum legitimè adeo factum approbasse, Cyprianumque prius contrarium suâ

authoritate ad veritatis semitam redoxisse. De Liberio alibi ostensum est, ipsum approbando vocem Homiosios, arbitratum fuisse, ejusdem esse significationis cum voce Homiosios, Filij cum Deo Patre consubstantialitatem denotante, sicque in veritate fidei non aberrasse, sed in unica vocis syllaba inadvertenter fuisse deceptum.

De Zosimo ipsum audiamus sanctum Augustinum lib. 2. ad Bonifacium cap. 3. disserentem. Quam tandem, inquit, opereta venerande memoriae Papæ Zozimi, que interlocutio reperitur, ubi præceperit, credi oportere, sine ullo vitio peccati originalis hominem nasci, usquæ præsus hoc dixit, nusquam omnino conscriptis, sed cum hoc Celestius in suo libello posuisset inter illa dantaxat, de quibus se dubitare, & instrui velle confessus est, in homine acerrimi ingenij, qui profectò, si corrigeretur, plurimis profuisset, voluntas emendationis, non falsitas dogmatis approbata est, & propterea libellus ejus Catholicus dictus est, quia & hoc Catholica mentis est, si qua forte aliter sapit, quam veritas exigit, non ea certissimè desinere, sed detecta ac demonstrata respicere. Nec obstant, quæ subjecit idem sanctæ Ecclesiæ Doctor. Sed si, inquiens, quod absit, ita tunc fuisset de Celestio, vel Pelagion Romana Ecclesiæ judicatum, ut illa eorum dogmata, quæ in ipsis, & cum ipsis Papa Innocentius damnaverat, approbanda, & tenenda pronuntiarentur, ex hoc potius esset prævaricationis nota Clericis Romanis inveniendâ. Ex his namque constat manifestè, Divum Augustinum ejus erga Papam fuisse sententiæ, ut postea etiam, quòd in Romana Ecclesiâ Celestij & Pelagij dogmata ab Innocentio prædamnata, fuissent approbata, sub isthac etiam falsa hypothesi non ausus fuerit, hanc prævaricationis notam inurere Papæ, sed Clericis Romanis dantaxat.

De Honorio patet, ejus epistolas ad Serapium & Pyrrhum scriptas, ob quas scilicet hæresis damnatus dicitur, fuisse privatas, non publicas & dogmaticas, ita ut Papa ille nihil in ijs definitur, sed mentem suam privatim solummodò explicuerit, nec adeo, licet hæresin continerent, inde argumentari licet de Papa loquente ex Cathedra: quamquam si ex litteræ studiosè pervolvantur, nullus profectò circa fidem error in eis valeat deprehendi, sicque adeo calumnia illa contra Honorium jactitata imputatio.

De Ioanne XXII. probat Bellarminus lib. 4. de Romano Pontifice cap. 16. ipsum nunquam definitivè, vel etiam in animo habuisse definitiendi quæstionem, quam privatè asseruerat, ac de ea quandoque consultaverat, quasi anime non nisi post resurrectionem essent Deum visura, sed etiam revocasse ante mortem suam. Ex quibus proinde universis exemplis nihil probari potest de errabilitate Papæ, quando ex Cathedra suâ Apostolicâ decernit.

A præfato Authore à pag. 354. inducuntur 2. nonnulli recentiores Pontifices definitionibus inter se pugnantibus. Etenim Innocentius III. in Cap. Quantò. De Divorij. decrevit, uno conjugum ad hæresim transeunte, altero

altero autem remanente in fide, non posse hunc propterea transire ad secunda vota, quod tamen Caelestinus prius statuerat. Deinde Pelagius Cap. Ante triennium dist. 31. refertur fecisse constitutionem, ut omnes Siciliae Subdiaconi ab uxoribus abstinerent, aut ab officio cessarent, quam tamen sanctionem ceu iniquam, & cum Evangelio pognantem retraxit Gregorius I.

29. Porro Innocentius IV. in Cap. Presbyter. De Sacramentis non iterandis. ait; formas seu ritus Sacramentorum ab Ecclesia esse inventas, siquidem consistit de Apostolico ritu, in Epist. ad Timotheum, quod manum imponebant ordinandis, & orationem fundebant, nullam aliam ab eis servatam formam. Quae tamen sententia repugnat Eugenij IV. definitioni. Adhaec Stephanus II. cap. 11. Epist. approbavit baptismum in vino collatum, quod iterum pugnat cum definitione Eugenij IV. in responsis ad consulta Bulgarorum.

30. Insuper Gregorius IX. decreverat, ut S. Francisci Regulam professus nulla omnino proprietate etiam in communi competere debeat. Innocentius etiam IV. rerum, quarum usus Minoribus conceditur, proprietatem pertinere ad Sedem Apostolicam: quod firmavit etiam Alexander IV. ac Nicolaus III. E contra Martinus IV. sancivit, proprietatem & dominium rerum, quibus Franciscani uti possent, nullo modo spectare ad Romanam Ecclesiam. Adversus quam nihilominus sanctionem Nicolaus IV. & Clemens III. in Concilio Viennensi per Clementinam Exiivit. approbabant, Franciscanos rerum proprietatem a se abdicantes, ac Sedi Apostolicae attribuentes. Ioannes quoque XXII. abdicacionem dominij in rebus uti solo consumptuabilibus impossibilem ac inutilem putavit: at Nicolaus III. eam possibilem & sanctam, meritariamque sancit. Imo idem Ioannes XXII. haereticum dixit, dicere, Christum & Apostolos non habuisse proprietatem aliquam rerum: e contrario Nicolaus docebat, Christum & Apostolos verbo & exemplo talem abdicacionem docuisse.

31. Praeterea Bonifacius VIII. in Extravag. Vnam sanctam. velut fidei articulum definitivum Reges suae Sedis in temporalibus subesse; Clemens autem V. eam constitutionem revocavit in Cap. Meruit. De Privilegijs.

32. Denique Sixtus V. in Bulla editioni Bibliorum praefixa suam Vulgatam editionem emendatissimam, & pristinam puritatem restitutam sancit: e contrario Clemens VIII. cum multos in illa editione errores relictos deprehendisset, illam cum Bulla jam promulgata suppressit, & novae editioni emendationi conficiendae operam posuit, quae innumeris penae locis a Sixtina distidet.

33. Verum istae fucatae contradictiones facile disparent, si animo sincero rei veritas expendatur. Inprimis namque ex Cap. Quando De Divertijs. constat, Innocentium III. sub distinctione, qua distinguebatur inter infideles non baptizatos, & inter infideles haereticos respondisse; sicque de prioribus, uno ad fidem converso,

statuebat dissolvi vinculum conjugij, non vero de posteriore infidelium seu haereticorum genere: atque ibidem, quendam praedecessorem suum, scilicet Caelestinum, videri aliter, sensisse, quia nimirum non fecerat talem distinctionem, sicque adeo in confuso respondens quibusdam visus est de utroque pariter sensisse, tamen si in veritate res se non ita habuerit, sed ex aliorum duntaxat opinione fuerit ejus sanctioni affectus talis sensus: ut propterea sub distinctione praesinuata censerit Innocentius veritatem rei reddere clariorem. Deinde dum Pelagius ex religiosam ministerij Subdiaconatus reverentiam iussit in genere, ut omnes Subdiaconi abstinerent ab uxoribus, Gregorius vero hanc sanctionem coarctavit ad Subdiaconos, qui ante susceptionem Subdiaconatus se obstrinxerant voto, iussitque in Cap. Ante triennium. dist. 31. ne ullus ad sacrum Ordinem promoveretur, qui deinceps nolle ad sua uxore abstinerere: quid aliud hinc evincitur, nisi quod ex diversis religioni utrinque convenientibus rationibus, illi Summi Pontifices ediderint diversas inter se discrepantes constitutiones morales, quarum neutra pugnat cum fide, falsumque est, quod ab Eliesio dicitur, ac si Pelagij sanctio fuisset contra Evangelium.

Porro verissimum est, materias & formas sacramenti Ordinis non tam materialiter esse determinatas a Christo, quam formaliter quoad significationem: unde materiam & formam hujusmodi, si materialiter spectentur, relictas esse determinationi Ecclesiae, ab Apostolis & Summis Pontificibus jam ita factas, ut salva substantia, immutari non valeant, eoque quod formalis materiarum & formarum hujusmodi significatio deficeret, si non insisteretur materiali quoque ritui, cui jam annexa est illa formalis ac substantialis significatio: sicque adeo Innocentij IV. responsum hic minime pugnat cum praeducta definitione Eugenij IV. Praeterquam quod constitutio Cap. Presbyter. De Sacramentis non iterandis. infideliter sit relata ab Eliesio, uti patebit ex oculari inspectione illius Canonis. Adhaec circa ea, quae impurantur Stephano II. nulla exstant authentica monumenta. Posito tamen, veram esse talem relationem, constat ex contextu, non fuisse quaestionem de valore Baptismi, sed de culpa vel poena baptizantis, sicque verborum ab Eliesio superius relatorum talis redditus sensus, quod Presbyter ille in vino baptizans non sit postea in causa, cur infans sic baptizatus, cum periculum evaserit, nequiverit legitime baptizari, ac propterea non mereatur tanquam reus puniri, si prius in ipso baptismo per simplicitatem non peccavit, alioquin si praesens fuit aqua, debeat excommunicari, & poenitentiae submitti, quia contra Canonum sententiam agere praesumpsit. En igitur, Stephani II. responsum, si verum etiam esset, haud pugnare cum Eugenij IV. definitione.

Quae insuper contradictio in hoc subesse potest, quod unus Pontificum noluerit, alij autem

autem voluerint proprietatem rerum, quibus Franciscani utuntur, suæ Sedi adscribere? Et quia Christus voluntatis suæ humanæ dominium quidem habuit, atramen hanc plenè in Divinam resignavit voluntatem, dicens, propterea, non mea (mihî scilicet quæ homini propria) sed tua ò Pater! voluntas fiat, numquid in hoc religiosæ obedientiæ solemnibus, per quam voluntatis nostræ dominium in Religionem transfertur, perfectissimum exemplum ab ipsomet etiam Christo sui cum omnimodâ rerum temporalium, corporis quoque abdicacione sequelam edocente exhibetur? Hæc proinde applica ad præsentis causæ statum, reperieturque, nihil esse contradiccionis repugnantia inter Nicolai III. Christum dicentis verbo & exemplo proprietatis abdicacionem perfectam docuisse, & Ioannis XXII. Christum etiam in particulari, & Apostolos in communi rerum temporalium proprietatem habuisse asserentis doctrinam: neque enim omnimodè in eo, quod materiale, sed quod virtutis est formale, attendi debet, imitationis illius conformitas.

36. Præterea Bonifacius VIII. Vnam sanctam, unicè decrevit, indefinitam clavium Ecclesiæ auctoritatem Apostolicam complecti etiam Reges, eorumque publicos actus, quæ moralitate in regnum cælorum ordinabili supervestitos. Quod cum Galli interpretati fuissent, ac si Pontifex in regnum temporale simpliciter, directè ac absolute extendere vellet suam potestatem ac dominium, exinde Clemens V. in præcitato Capitulo ad illorum instantiam unicè declaravit, vi illius Extravagantis Regnum Galliæ non magis subesse Romano Pontifici, ac antea fuerat. Quid ergo contradiccionis inter has duas Pontificias constitutiones cum fundamento asseverare licet?

37. Quando denique Sixti V. constitutio Vulgatam Bibliorum editionem, salvâ semper fidei dogmatum substantiâ, non ab omnibus mendis materialibus expurgavit, quam postmodum Clemens VIII. correxit, quid hoc juvare potest ad Pontificum in fidei dogmatibus dissensionem adstruendam?

### S. III.

Refelluntur Elliesianæ de Papæ errabilitate probationes desumptæ ex Romanorum Pontificum confessione, ex Conciliorum Decretis, ex Academicarum & Theologorum doctorum?

38. AB Elliesio inducuntur I. confessiones Summorum Pontificum, inprimis Pauli III. in causâ solubilitatis matrimonij, contestantis, sibi non dubium esse, quin ipse ac prædecessores sui errare potuerint, nec adeo istorum facta & exempla velle se amplecti, nisi quatenus Scripturæ autoritas, & Theologorum rationes docent.

39. Deinde Adrianus VI. adhuc Theologus Lovaniensis, ubi tamen Pontifex est factus, absque ulla retractacione, scripsit in 4. art. 3.

de ministro Confirmationis certum esse, quod Pontifex possit errare in ijs etiam, quæ fidem tangunt, hæresim per suam determinationem, aut decretalem docendo, cum plures Pontifices Romani fuerint hæretici, veluti de Ioanne XXII. fertur publicè declarasse, & ab orbe teneri mandasse.

Porro Eugenius IV. in 3. Bulla adversus Synodum Basiliensem, licet se effereat supra Concilium generale, ait in quæstionibus, quæ ad fidem respiciunt, vel statum universalis Ecclesiæ, potius attendendam esse Concilij, quam Papæ sententiam.

Fatetur Gregorius XI. in testamento suo: Item, inquit, volumus, dicimus, & protestamur ex nostra certa scientia, quod si in Concilio, in Concilio, vel in sermonibus, vel in cohercionibus publicis, vel privatis ex lapsu lingue, aut aliis ex aliqua turbatione, vel etiam letitia inordinatâ, aut præsentia Magnatum ad eorum forsitan complacentiam, seu ex aliqua distemperantia, vel inadvertentia, aut superfluitate aliqua dixerimus erronea contra Catholicam fidem, quam coram Deo & hominibus, ut tenemur, pro ceteris profitemur, colimus, & colere cupimus; sed forsitan adhærendo opinionibus contrariis fidei Catholicæ scienter, quod non credimus, vel etiam ignoranter, aut dando favorem aliquibus contra Catholicam Religionem obloquentibus, idâ expresse & specialiter revocamus, detestamur, & habere volumus pro non dictis. Hæc Pontifex ille tom. 6. Spicilæg. Dacheriani.

Innocentius III. se in errore & hæresim labi posse, fatetur, & ab Ecclesia propter eam iudicari, serm. 3. de consecrat. Pontificis. Intantum, mihi fides, inquit, necessaria est, ut, cum in ceteris peccatis Deum iudicem habeam, propter peccatum, quod in fide committitur, possim ab Ecclesia iudicari.

Fatetur idem Adrianus II. in Epist. 2. quæ Synodi sextæ ad. 7. lecta & approbata est: Licet, inquit, Honorio ab Orientalibus post mortem anathema sit dictum, sciendum tamen est, quia super hæresi fuerat accusatus, propter quam solam licitum est minoribus, majorum suorum meritis resistere, vel pravos sensus liberè respicere.

Fatetur Leo II. in Epist. ad Const. in qua confirmat Synodum sextam, ubi de Honorio ait, ipsum Romanam Apostolicam Ecclesiam non Apostolicæ traditionis doctrinâ instraxisse, sed prophetanâ traditione immaculatam fidem maculari permisisse. Et in Epist. ad Ervigium, acculat eum, quod immaculatæ Apostolicæ traditionis regulam, quam à prædecessoribus acceperat, maculari cõsenserit.

Huc afferri possent ij omnes Pontifices, qui nonnulla prædecessorum suorum statuta infirmârunt; sed unus sit præ omnibus Clemens IV. qui ad Abbatem Casæ Dei scribens, ait, cernere se, decessores suos Monasterio de ijs privilegiis juri Divino contrariis, quæ rationabiliter annullare se posse, dicit, adjiciens, & quævis nostris prædecessoribus, prout necessitas exigit, gravamus honorem, multa tamen eorum aliquibus placuerunt, quæ nobis imparis meriti & scientiæ nullâ possent ratione placere. Ex his patet, non esse audiendos eos, qui, invitæ & reclamantibus Sum.



Summis Pontificibus, ipsi indeficientis iudicij privilegium adscribere conantur.

46. Verum ex Pauli IV. effato plus non evincitur, nisi quod Pontifex errare possit in casibus particularibus contingentibus, de cuiusmodi causa Martini IV. ibi erat sermo, nihilque adeo hinc praeferatur contra privilegium Papae ex Cathedra Apostolica erga universalem Ecclesiam loquentis & decernentis. Quia porro determinationes ac Decretales Pontificum plerumque versantur circa causas particulares, non Dogmaticas, vel etiam Morales universalem Ecclesiam attingentes, ideo ex Adrianus VI. praescriptis verbis nihil concludi potest contra Papam ex Cathedra definitentem. Quod vero Ioannes XXII. errorem suum auctoritate Apostolica mandavit, ab omnibus teneri, hoc falsum esse, in antecedentibus ostensum fuit.

47. Eugenij IV. assertio de Concilio non aliquo Acephalo, sed per Capitis unam & Corporis Hierarchici consensum completè Oecumenico magis attendendo, minimè officit Papae ex Apostolica Cathedra petrae definitentis infallibilitati. quomodo enim haec nutare posset in tali petra, super quam eatenus edificata est Ecclesia, ut portae inferi adversus eam praevallere non possint? Sed quia non extat in Ecclesia definitum, an, & quando Pontifex taliter loquatur ex ista Cathedra Apostolica petra, ut super eam etià particulariter quoad aliquod fidei dogma noscatur edificata Ecclesia, sicque adeo Concilij, plenè ac formaliter Oecumenici per Cathedra Apostolicae Christum vicariè in Concilio repraesentantis caractere insigniti infallibilitas quoad nos, ac in ordine ad protervos convincendos, magis conspicua est, idcirco Eugenius IV. absque praedictio infallibilitatis Papae ex Cathedra facientis competentis, dicere potuit, Concilium formaliter ac plenè Oecumenicum in individualibus casibus magis attendendum esse, quam Romanum Pontificem extra Concilium loquentem.

48. Quid verò ad praesentis rei momentum facere potest testamentum Gregorij XI. dum in eo protestatus fuit contra quoscumque errores sibi forsitan obrepentes, dum, uti termini ostendunt, minimè sanciebat ex petra Cathedra Apostolicae?

49. Ad quos terminos ex propriis verbis suis noscitur redacta etiam Innocentij III. & Adrianus II. confessio, protestentium, se in peccatis contra fidem à se quà homine fortè committendis ab Ecclesia iudicari posse, quod in Honorio factum esse, asseverat quoque Leo II. in Epistola ad Constantiam, ipsum Romanam Ecclesiam non iustrando Apostolicae traditionis doctrinam, adeoque non decernendo ex Cathedra Apostolica petra, sed ex prophanà traditione loquendo, immaculatam fidem maculari permisisse.

50. Quod si denique vera & probata extaret epistola Clementis IV. ad Abbatem Casae Dei scribentis, praedecessorum suorum nonnullos privilegia Juri Divino contraria aliquando concessisse, ex hoc Romanorum Pontificum

non nisi in casibus particularibus, Ecclesiam universalem minimè respicientibus, errabilitas evinceretur.

Inducitur 2. Concilij Basileensis, Papae errabilitatem, Concilij verò infallibilitatem, statuentis in Epistola Synodali tomo 12. Concilii col. 682. relata sanctio. Verum quo in statu pro tempore huiusmodi sanctionis fuerit Basileensis Synodus, ut scilicet tanquam Acephala, & Concilij Oecumenici caractere destituta, imò huic opposita, nihil habuerit auctoritatis, Eugenio IV. nunquam consentiente, liquet ex dictis circa Articulum 2. Disquis. 8. §. 2. n. 28. & in Summa cap. 3. §. 2. à n. 48.

Quae porro Eliesius praef. Dissert. 5. cap. 7. §. 7. ex Academiarum adversus Papam infallibilitatem censuris adducit, breviter & summarie hinc refutata accipe. Tum quia Universitatis Parisiensis de appellando ad Concilium Generale in causa particulari Philippi Pulchri, nihil facit ad Papam ex Cathedra erga universalem Ecclesiam statuentis infallibilitatem infirmendam. Quinimò dum ageretur etiam de fidei dogmate, atque pro huius quoad nos, & in ordine ad protervos convincendos, adhuc major creditibilitatis evidentia ex Concilio Oecumenico exstularetur, non propterea infirmaretur Papae ex Petra, seu Cathedra Apostolica, quae Ecclesiam super se edificatam fundante, sicque ex Cathedra Apostolica loquentis, omnimodum, portis quoque inferi insuperabile, stabilimentum, sed hoc unicum inde conficeretur, quòd tantà evidentia creditibilitatis minimè constet nobis, Papam extra Concilium loqui ex Cathedra, ac nobis certissimum proferri ipsam in Concilio Oecumenico per unum Corpore hierarchico consensum loqui ex Petra, super quam edificata est Ecclesia.

Quae proinde distinctiones omnino sunt observandae, estque sedulo attendendum ad hoc, quòd evidentia creditibilitatis magis convincens sit, si Papa intra Concilium Oecumenicum per sui cum reliquo Ecclesiae Corpore hierarchico consensum autorizativum sit certò decernens ex Petra, super qua per fidem fundata est Ecclesia: econtra verò, quòd non adeò certum, seu ab Ecclesia definitum extet, an & quomodo Papa extra Concilium definire valeat ex Cathedra sua, non utcumque secundum iurisdictionem suam Apostolicam, sed secundum omnimodam & consummatam, Ecclesiam firmare, & infallibiliter stabilire praevallentis, infallibilitatis privilegium spectat: quòdque proinde Papae ex Cathedra suae Apostolicae Petra fidei dogmata decernentis quoad se, sive quoad rei veritatem sit quidem indubitata infallibilitas, licet quoad nos, & in ordine ad protervos ac rebelles convincendos, sit magis convincens Concilij Oecumenici per Christi vicariū, Papae proprium, characterem muniti, sicque per Duorum Capitum scilicet, unam & reliqui Ecclesiae Corporis consensum autorizata fidei dogmatum definitio.

Ista igitur distinctiones si oculo sincero applicentur ad Universitatum, imò & Theo-

GGGGG

51.

52.

53.

54.

logorum ab Elliesio *cit. §. 7. & ult.* allegatorum circa Papas non dubios, & schismaticos, sed circa cujusvis temporis legitimum, ac indubitatum Ecclesie universae communi consensu comprobatum Romanum Pontificem sententias, facile hinc patebit, non officere isti propositioni nostrae, quae dicimus, Papam ex Cathedra sua Apostolica, id est, ex Petra, super quam Ecclesia, à portis inferi haud superari potens, est aedificata, loquentem, seu definitentem fidei dogmata, esse prorsus infallibilem.

## §. IV.

Vindicantur nostratis sententiae argumenta ex sacris Litteris desumpta.

## ARGUMENTVM I.

## Nostratis sententiae.

55. Primum hujusmodi argumentum efformat Elliesius *praes. cap. 2.* ex dicto Christi *Lucæ 22. v. 32.* dicente: *Ego rogavi pro te, Petre, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando conversus confirma fratres tuos.* Hinc enim concludimus, fidem Romanorum Pontificum deficere non posse.

## Exceptiones Elliesianae.

56. Hic Author r. excipit opponendo, si istud testimonium aliquid prober, plus probat, quam Adversarij postulant: non enim probaret tantum, Romanos Pontifices non posse à fide deficiendo aberrare, sed etiam nullatenus posse à fide & gratia excidere. Itane intelligi debet ista promissio Christi de sola Petri persona? Docet id & intentum Christi praedicentis futurum, ut Petrus aliquando ipsum negaret: ita tamen, ut à fide penitus, & usque ad finem vitae non excideret: *Simon, Simon, inquit Christus, ecce sathanas expetivit vos, ut cribraret sicut triticum, ego autem rogavi pro te &c.* Tentatio illa sathanæ respicit personam Petri & Apostolorum, & similiter oratio Christi non habet alium finem, quam ut Petrus, licet à diabolo tentatus, à fide tamen penitus, & usque ad finem vitae non deficiat, sed ut post negationem conversus, confirmet fratres, hoc autem totum in ipsa persona Petri adimpletum est. Nam & tentatus est à diabolo, & in tentatione victus, Christum negavit. Verum ei profuit oratio Christi: statim enim poenitentia ductus respuit, & post Passionem ac Resurrectionem Christi non modò constantior cæteris apparuit, sed & generosis dictis & factis fratres suos confirmavit. Ita hunc locum exponunt Tertull. *lib. de fuga in persecut. cap. 2.* S. Cyprianus *epist. 3.* & in *lib. de Orat. Dominica.* S. Hilarius *lib. 1. de Trinit.* Basilius *hom. 22. de humilit.* Ambros. in *psal. 43.* Chrysost. *hom. 63.* Carth. Conc. in *Ep. ad Innocent. 1.* & Innocentius *1. in Ep. ad Carth. Conc.* S. Aug. pluribus locis, & alij Interpretes, quos numero 43.

consulere poteris apud Launoium *epist. ad Jacobum Bevilacqua Epist. tom. 5.* Porro ex hac expositione nihil potest colligi, ad probandum, Pontificis Romani iudicium esse indeficientem: si quid enim ex ista oratione Christi pro Petro de ejus successoribus colligeretur, inferri deberet pro Petri successoribus, non secus ac pro ipso Petro orasse Christum, ut à fide ipsi primum minimè deficerent, ac nullus huc usque somniavit id ipsis privilegij adscribi posse.

Excipit secundò Elliesius, esse & alios Patres ac Interpretes à Launoio collectos, qui dicunt, orasse Christum, ut universalis Ecclesia, vel etiam generale Concilium, à fide nunquam deficiat, quorum interpretatio, licet minùs ad litteram, eo magis adhuc cum Adversariorum placitis pugnat, cum ex illa sequatur, infallibilitatem Ecclesie, & Concilio adscribi debere, non autem Pontifici Romano; ut quid enim locus ille, qui de Petro ad litteram intelligendus est, ad Ecclesiam & Concilium inflecteretur, nisi certum esset, Petrum & ejus successores potuisse à fide deficere, Ecclesiam, & Concilium non item?

## Refutatio istarum exceptionum.

ET enim illà oratione: *Ego rogavi pro te, ut non deficiat fides, tua,* Christus Dominus Petro in petra vit duo privilegia. Alterum Personale, ut Petrus scilicet haberet in fide libertissimam, fortissimam, invictissimam, perfectissimamque voluntatem. Ex Sancto Augustino *lib. de corrupt. & gratia. cap. 8.* Alterum Reale, Pastoralis erga universam Ecclesiam muneri annexum: Christus enim ita oravit pro Petro, ut conversus aliquando confirmaret fratres. Unde ista à Christo impetrata fidei firmitas non debebat se continere intra personam Petri, quin erga fratres cum ipsius Pastoralis committendos se diffunderet. Ex quo sequitur, illam fidei firmitatem esse privilegium Petri, quae universalis erga Ecclesiam Pastoralis. Atqui privilegium ex Christi Domini voluntate annexum illi Pastoralis muneri, eo ipso est perpetuum, quòd habere respectum ad perpetuum statum Ecclesie à portis inferi nunquam superandæ. Christus igitur Dominus illà suà oratione impetravit fidei firmitatem, quae connexam cum Pastoralis munere, Ecclesie perpetuò usque ad finem sæculi duraturæ coexistituro.

At sicuti Pastoralis perpetuo Ecclesie statui annexum munus, Petro per Martyrium sublato, debuit persistere in successoribus, sic fidei firmitas secundum efficaciam orationis Christi connexa cum isto Pastoralis officio, debet non sequenter ad Successores quoque transferri. Constat igitur, ex efficaciam Christi orationis, Petri in Pastoralis erga universam Ecclesiam munere successoribus competere fidei firmitatem. At ista fidei firmitas eo ipso deficeret in tali Pastoralis munere, si Papa utens potestate ejusmodi erga universalem Ecclesiam conderet decreta hæc ad veterantia,

stantia, Ex illa igitur Christi Domini orationis efficaciam concluditur, fieri nullatenus posse, quod Romanus Pontifex, si loquatur ex Cathedra sui Pastoralis officij erga universalem Ecclesiam, condat decreta fidei repugnantia. In quem adeo sensum Theophylactus in cap. 21. Lucae, ait: Quia te (scilicet Petrum) habeo principem discipulorum, confirma ceteros. Hoc enim decet te, qui post me Ecclesiae petra es & fundamentum.

60. Vides igitur, fidei firmitatem, qua Petrus confirmaret ceteros, esse ex eo, quod esset princeps discipulorum. At eo ipso, quod iste in Ecclesia principatus ex Christi Domini promissione sit connexus cum perpetuo Ecclesiae statu, non potuit in Petri personam exingui, sed transire debuit ad successores. Ergo illa fidei firmitas Petro impetrata ita stat in ejus successoribus, ut propterea Petrus Chrysologus in Epist. ad Eutycheten relata to 1. Concil. ante Concil. Chalcedon. ita scripserit: *Hortamur te Frater honorabilis, ut his, quae à beatissimo Papae Romanae Civitatis scripta sunt, obedienter attendas; quia B. Petrus, qui in propria Sede vivit, praestat quarentibus fidei veritatem.* En igitur non tam personam, quam Sedem Petri hodie viventem attendi debere, utpote cui annexa sit fidei veritas, adeo, ut Divus Bernardus in Epist. 190. ad Innocentium, ubi asseruisset, in Cathedra Romana non posse fidem sentire defectum, exclamet: *Cui enim Sedes dictum est aliquando: Ego rogavi pro te, ut non deficiat fides tua? Et hinc facili intelligitur, eas, quas Elliesius ex Patribus illorum Christi verborum praetendit interpretationes, nullatenus evertere vim argumenti superius allati, maxime cum ex efficaciam illius orationis infallibilitas fidei in totum Ecclesiae sanctae, in Concilio praesertim Oecumenico representatae, Corpus permanet.*

ARGUMENTUM II.

Nostratis sententia.

61. Istud desumitur ex illo Matth. 16. super hanc Petram aedificabo Ecclesiam meam, & portae inferi non prevalebunt adversus eam. Hinc enim colligitur, Petram & ejus successores esse Ecclesiae fundamentum: cum autem impossibile sit, Ecclesiae fundamentum ruere, impossibile esse concluditur, Romanum Pontificem à fide deficere.

Exceptio Elliesiana.

62. Excipit hic Theologus, à se antea dictum fuisse, quatuor modis locum illum exponi à Patribus, & Interpretibus Scripturae. Alij enim de persona ipsius Petri haec verba interpretantur, dicantque super illum fundatam Ecclesiam, quia ipse cum ceteris ad eam fundandam adlaboravit. Alij dicunt, super omnes Apostolos fundatam pariter esse Ecclesiam, Petrumque, cum haec ei dicta sunt, gessisse personam Ecclesiae. Sunt, qui nolunt Petrum hic dictum esse petram, sed pe-

tram ajunt esse fidem, & confessionem Petri; vel, ut alij volunt, ipsam Christum. Nulla autem ex istis expositionibus Pontificum infallibilitati favet: sicut enim, qui in secunda expositione sentiunt, super Apostolos omnes, eorumque successores, fundatam esse Ecclesiam, non propterea putant, aut Apostolos omnes, aut eorum successores indefectibiles fuisse: ita non sequitur ex prima expositione, Petrum, & ejus successores indefectibiles esse, eod quod super eos tanquam super petram & fundamentum Ecclesia sit aedificata: ex tertia & quarta expositione in gratiam Romanorum Pontificum nihil concludi posse, perspicuum est.

Refutatio istius exceptionis.

63. EX antecedentibus liquet, omnes illas expositiones favere Pontificis, Petro succedentis in fidei rebus infallibilitati. Quibus superaddo sequentem argumentationem. Nam ea verba esse accipienda de Petro, ita ut super ipsum ceu petram esset aedificanda Ecclesia, docent Tertullianus de praescript. haeret. cap. 22. Cyprianus Epist. 40. & de Unit. Eccles. Basilii Magni ad cap. 2. Isaiae. Gregorius Nanzianzenus art. 2. de Moderat. in orat. habenda. Cyrillus Alexandrinus lib. 2. in Ioan. cap. 12. Ambrosius Serm. 47. Hieronymus in cap. 16. Matth. Augustinus Serm. 5. in festo Petri & Pauli, & alibi saepe.

64. At eo ipso, quod Ecclesia super hanc petram ita aedificanda foret, ut simul Christus eidem Petro contulerit potestatem clavium, oportet, istam potestatem ex Christi Domini promissione connexam esse cum fidei petra, in Petro semper usque ad consummationem saeculi duratura, nec à portis inferi unquam vincenda. Hinc autem sequitur, talem Clavium potestatem cum petra fidei connexam minimè exspirasse in Petri personam, sed hujus Sedem utpote cum perpetuo Ecclesiae statu connexam, ita vivere in successoribus, ut his competat pastoralis erga universam super petram fundatam Ecclesiam Officij primatus; uti expressè statuunt Concilium Nicænum 1. Can. 6. Ephes. 1. sub verbis Philippi Presbyteri, Chalcedonense Act. 1. 2. 3. & 16. aliaque generales Synodi; nec non ex Patribus Polycarpus apud sanctum Hieronymum de viris illust. Irenaeus lib. 3. cap. 3. Athanasius in Epist. ad Felicem Papam. Basilii Magni in Epist. 52. ad Athanas. Chrysostomus in Epist. ad Innocentium Papam. Cyrillus in lib. Theof. Cyrillus Alexandrinus in Epist. ad Caesarium Papam. Hieronymus Epist. 57. ad Damasum Papam. Augustinus lib. 2. de Baptis. contra. Donatistas cap. 1. & alibi saepe. Cum igitur Petri primatus cum Petra, seu fidei firmitate, inseparabiliter connexus, vigeat in Romanam Cathedram, oportet, Romanum Pontificem, dum ex ista Cathedra, id est ex munere suo Pastoralis ad universam Ecclesiam, fidei vel morum decreta condendo, loquitur, errare non posse: quomodo enim alias portae inferi non essent prevalliturae?

ARGUMENTUM III.  
Nostratis sententiæ.

65. **H**Oc deducitur ex Christi ad Petrum *Ioannis ult.* prolatis verbis: *Pasce oves meas.* Hinc namque conficitur, quod Petrus, ejusque successor Romanus Pontifex, sit Doctor & Pastor Ecclesiæ, quem proinde tota Ecclesiæ audire, ac sequi tenetur. Ergo si ille erraret in fide, tota Ecclesiæ in ejusmodi errorem induceretur.

Exceptio Elliesiana.

66. **H**ic Parisiensis Doctor excipit. Non solum Petrum, sed omnes Apostolos, & eorum successores Pastores esse ovium Christi, ipsisque in persona Petri dictum fuisse illud: *Pasce oves meas,* & tamen nemo contendit, singulos Ecclesiæ Pastores infallibili judicio præditos esse. Ita hunc locum ad omnes omnino Apostolos, & animarum curam habentes referunt Ambrosius *lib. 2. de dignit. Sacerdotali: Pasce, inquit, oves meas, quas oves. & quem gregem non solum tunc B. Petrus suscepit, sed & nobiscum eas suscepit, & cum illo eas nos suscepimus omnes.* S. Augustinus *tractatu in Ioannem: Et quidem fratres, quod Pastor est (Christus) dedit & membris suis. Nam & Petrus Pastor, & Paulus Pastor, & ceteri Apostoli Pastores, & boni Episcopi.*

67. Verum etiam si istud dictum ad solum Petrum, & ejus Successores pertineret, non sequitur, eos esse infallibiles; nec valet ratio cinium Bellarmini, cum enim errant, delinunt Ecclesiæ pascere ut oportet: imò occidunt eas potius, quam pascunt, unde non tenentur ejus oves eum sequi, cum vident se in mortifera pascua duci: non enim oves pascit irrationabiles, quas pro arbitrio, & nutu, quod voluerit, agere possit, sed quæ ratione, & persuasionibus pasci debeant, hoc est, doceri & moveri, ut sponte Christum colant, ejusque fidem ac religionem illibatam servent.

Refutatio istius exceptionis.

68. **Q**uandoquidem illa Christi Domini verba definite, ac determinatè ad solum Petrum, præ cæteris Apostolis, ex sua proprietate dicta fuisse noscantur, cum ordine ad Ecclesiæ sanctæ perpetuum statum; uti proximè ostendetur, consequens est, ea non habere locum, nisi in solius Petri perpetuis successoribus Romanis Pontificibus. At ea Christi verba erant adimpletiva promissionis *Matth. 16.* æquè determinatè ac definite erga Petrum factæ, in vi cujus super ipsum ceu petram esset ædificanda Ecclesiæ, cui portæ inferi nunquam essent prævalituræ. Sicque adeo tam isthæc promissiva, quam illa horum adimpletiva Christi verba respiciunt perpetuum Ecclesiæ statum. Nequit autem Oecumenicum Pastorale super tota Ecclesiæ à Christo constitutum munus non esse vallatum infallibilitatis in fidei rebus præeminentiæ,

dum ex Christi promissione est solidatum firmitate Petræ, super quam Ecclesiæ à portis inferi nunquam superanda ædificari deberet. Ex illa igitur Christi Domini promissione, unâ & orationis efficaciam merito concluditur Pontificum Romanorum, quatenus ex Cathedræ suæ Apostolicæ Petri in dogmatibus fidei statuunt, infallibilitas; uti Lucius I. *in Epist. ad Episcopos Hispaniæ & Galiciæ.* Felix I. *in Epist. ad Benignum* asserunt. Illius etiam prioris verba ita se habent: *Ecclesiæ Romana Apostolica est, & mater omnium Ecclesiarum, quæ à tramite Apostolicæ traditionis nunquam errasse probatur, nec hæreticis novitatibus depravata incubuit, secundum ipsius Domini pollicitationem dicentis: Ego rogavi pro te. Posterior potè Pontifex ita scripsit de Ecclesiæ Romanæ: *Pe in exordio normam fidei Christianæ precepit ab autoribus suis Apostolorum Christi principibus, illata manet, juxta illud: Ego rogavi pro te.**

S. V.

Vindicantur nostratis sententiæ argumenta ab autoritate Patrum.

**H**Oc ita format Elliesius *pag. 369. ex S. Hieronymi verbis epist. ad Damasum* ita scribentis: *Cathedræ Petri communione conficitur, super illam petram ædificatam Ecclesiæ scio, quicumque extra hanc domum agnum comederit, prophanus erit, si quis in arca Noe non est, præter regnante diluvio.* Addit: *Discernite, si placet, obsecro, non timebo tres hypostasos dicere, si vobis, &c.* Hic asserit Hieronymus, se tutò sequi posse sententiam Romani Pontificis, quia novit super eum Ecclesiæ esse fundatam, & extra ejus communionem salutem non esse. Deinde cur Hieronymus totius Orientis de hypostasibus sententiæ, & judicio acquiescere noluisse, imperiumque Romani Pontificis ad tres hypostasos agnoscendas expectasset, nisi putasset, eum in judicando falli non posse?

Exceptio Elliesiana.

**H**ic Theologus responderet, ex verbis Hieronymi inferri non posse, Romani Pontificis judicium esse infallibile, sed magni tantum ponderis & momenti apud ipsam fuisse Ecclesiæ Romanæ sententiam, atque communionem: hoc tantum ejus verba sonant, que immeritò ad infallibilitatem adstruendam trahuntur. Ait autem, se tutò sequi posse Romani Pontificis sententiam, quia scilicet dissidentibus de hypostasos voce Ecclesiæ totius orbis, poterat ipse ad eam, quam vellet, partem accedere, unde non solus Romanæ Ecclesiæ autoritatem adducit, sed Occidentalium omnium, & Ægyptiorum. *Hæreticum, inquit, me cum Occidente, hæreticum cum Ægypto, hoc est, cum Damasci Petrosque (quia scilicet istis duobus adhærebant Occidentales, & Ægyptij omnes) condonant; quid enim hominem exceptis sanctis criminantur?*

namque & Sequebatur porro ille istorum potius, quam aliorum sententiam. Primum quia ordinatus fuerat à Paulino trium hypostasem hoste, qui Occidentem & Ægyptum hypostasibus minùs æquum effecerat. Secundò, quia timebat, ne nomine hypostasem aliqui non personam, sed substantiam significarent.

71. Quòd verò ait; Super illam petram edificatam Ecclesiam scio: quicunque extra hanc domum comederit agnum, prophanus est, si quis in Arca Noe non est, peribit regnante diluvio. Dicitur est officiosè & per exaggerationem. Deinde id non probat, Sedis Apostolicæ sententiam infallibilem esse semper fidei regulam, sed ad summum ordinariò adhærendum esse Romano Pontificis sententiæ, eosque, qui à Sede Apostolica dissent, in periculum schismatis venire, at nihil id facit ad fidem, & iudicium Romani Episcopi, sed tantum ad communionem. Denique perspicuum est ex dictis, car Hieronymus Romani Episcopi imperium ad tres hypostasem proficiendas expectavit, quippe senuebat, quæstionem esse de nomine, nihil mali esse, si tres hypostasem bono sensu profiteretur; verum cum id ab ipso exigeretur, nolebat id facere, quia cum Occidente & Ægypto communicabat, qui tres non dicebant hypostasem, fueratque ordinatus à Paulino trium hypostasem adversario: ipseque peculiare habebat inimicitias cum ijs, qui tres dicebant hypostasem. Quid aliud querit, poterat facere, cum ab eis urgeretur, ut tres hypostasem diceret, quam à Romano Episcopo petere, num vellet, num juberet, ut tres diceret hypostasem? Nam si citra ejus auctoritatem id fecisset, visus fuisset ab Ecclesiæ Occidentalis & Ægyptiæ communiõne discedere, quod inprimis cavebat. Ergo imperium & iudicium Romani Episcopi non expectat, ut sententiam ferat de quæstione circa tres hypostasem: ipse enim sciebat, quid de ea esset sentiendum, & ante Damali responsionem suam tulerat iudicium, sed volebat ejus auctoritatem habere, quam Orientalibus opponeret.

Refutatio istius exceptionis.

72. Esto, inter Orientales, & Occidentales fuisse concertatù de nomine hypostasem, dum illi sub hac voce substantiam intelligentes negabant, in Divinis esse tres hypostasem, e contra isti eo nomine significantes substantiam ac personam in Deo, tres hypostasem, scilicet personas affirmabant. Quia verò sub ejusmodi æquivocatione latere potuisset error, ac hæres Ariana, Filij, ac Spiritus sancti substantiam inter se, & à Patris essentia Divina distinctas protervè defendens, ideo dignum erat, circa illud nomen unà & rem eo significatam ita fieri determinationem, ut Trinitas Divinarum Personarum in unitate Essentiæ subsistens illibatè teneretur, & unanimitè affirmaretur. Quam proinde ob causam S. Hieronymus ita cupiebat à Romano Pontifice definiri, tres in Deo esse hypostasem

ses in unitate Essentiæ Divinæ subsistentes, ut certus esset, sub tali definitione nullum posse locum esse errori non circa vocem duntaxat, sed circa ipsum sacrosanctæ Trinitatis mysterium cum fide pugnanti. De hac enim fidei certitudine apertus sermo est, dum is S. Ecclesiæ Doctor in prædicta ad Damalum epistolâ dixerat: Quisquis cum Romano Pontifice non colligit, spargit. Sicque ad eò qui Christi non est, Antichristi est. Quomodo enim hæ antihæses locum habere possent de concertatione solius nominis, ita ut valeret utrinque fidei veritas subsistere?

73. Quia porro is S. Ecclesiæ Doctor ad hanc in Sede Apostolica fidei certitudinem astruendâ hoc inducit fundamentum, quòd nempe serar, super illam Cathedrâ Apostolicæ, cui communiõne consociatur, petram fundari Ecclesiam à portis inferi nullatenus superandam: quomodo fas erat Eliesio excipere, hoc per exaggerationem, & officiosè tantum fuisse dictum? Quasi verò ex sacris Litteris argumentatio tam ponderosa dici posset officiosa, & per exaggerationem solummodo facta. Quomodo proinde Eliesio asseverare rursus licuit, iudicium Romani Pontificis in ijs verbis, magni equidè ponderis esse, non tamen infallibile denotari? Dum enim is, qui extra domum super illâ Cathedrâ Apostolicâ ceu petrâ edificatam comederit agnum, definitivè pronuntiatur prophanus, imò extra Noe arcam constitutus, certò ad eò periturus, quomodo tali censuræ locus esse posset, si in definitione Romani Pontificis, super cujus Cathedram, ceu petram est edificata Ecclesia, non esset fidei dogmatum infallibilitas?

ARGUMENTUM II. Nostratis sententiæ.

74. Hoc desumitur ab auctoritate Divi Augustini serm. 2. de verbis Domini cap. 10. Jam enim iniquitatis, de hac causa Pelagij, atque Cælestij, duo Concilia missa sunt ad Sedem Apostolicam, inde etiam rescripta venerunt, causa finita est, error utinam aliquando finiat. Unde, cum hic S. Ecclesiæ Doctor finitam putet causam fidei, quando post Concilia Sedes Apostolica judicavit, dicendum est, hujus esse supremum, & infallibile iudicium.

Exceptio Eliesij.

75. Hic Author excipit, finitam dici causam Pelagianorum post Conciliorum, & Apostolicæ Sedis iudicium, non quòd nullum superius esset iudicium, superius enim agnoscit in simili causa Augustinus, cum ait, post iudicium Romanæ Sedis adhuc restasse plenarium Ecclesiæ Concilium, sed quia post damnationem Romani Pontificis, Pelagianorum causa omni defensione spoliata erat. Nam antequam à Zozimo proscriptus fuisset Cælestius, jactabant Pelagiani, se à Romano Episcopo, & multis Occidentalibus probari; ubi verò ab isto Pontifice Pelagius, & Cælestius

GGGGG

lestius

lestius apertè damnati sunt, jam defensione omni carebant, ac propterea finita dici poterat eorum causa, quia unanimi consensu ab omnibus Occidentalibus damnabantur. Porro tantum abest, ut Augustinus scripserit, hanc causam finitam esse iudicio Sedis Apostolicæ, quia supremum erat, & infallibile, ut ipse de ea dicat, quòd si de Cælestio & Pelagio in Romana Ecclesia fuisset aliquid secus iudicatum, nota prævaricationis esset Clericis Romanis inurenda.

Refutatio istius exceptionis.

76. **A**perta vox est Augustini, quòd causa Pelagianorum finita fuerit non præcisè ex duorum Conciliorum decretis, sed ex rescriptis Sedis Apostolicæ. Esti verò illa duo Concilia fuerint tantum provincialia, nec ad eò perinde, ac Concilium Oecumenicum, potuerint causæ illi finem imponere: quamvis insuper ad certitudinem in dogmatibus fidei definiendis quoad nos, & in ordine ad protervos convincendos, maiorem obtinendam à Sedis Apostolicæ definitionibus, quando quæ ad Concilij Oecumenici iudicium ex duorum, Papæ scilicet, seu Capituli, ac reliqui Ecclesiæ Corporis Hierarchici consensu subsistens fiat recursus: attamen hoc minimè obstante, secundum aperta Divi Augustini verba per Apostolicæ Sedis rescriptum, duplicis illius causam Pelagianorum condemnantis Concilij Africani confirmatorium, fuit ea causa finita. Oportet igitur secundum Divum Augustinum Apostolicæ Sedis, seu Pontificis ex Cathedrâ suâ Apostolicâ definiens, secundum se, ac rei veritatem inexistere totam auctoritatem, in vi cuius dici possit causa fidei, etiam dogmata concernens, finita.

ARGUMENTUM III.

Nostratis sententiæ.

77. **P**etitur hoc argumentum ex Petro Chryologo epist. ad Eutychem ante Concilium Chalcedonense ita scribente: *Hortamur te, frater honorabilis, ut his, quæ à beatissimo Papa Romana Civitatis scripta sunt, obedienter attendas, quia beatus Petrus, qui in propria Sede vivit, & præsidet, præstat quærentibus fidei veritatem.*

Exceptio Elliesij.

78. **E**xcipit hic Theologus, aliud esse, beatum Petrum veritatem fidei quærentibus præbere, aliud infallibiliter eam præbere. Prius de Romano Episcopo dicit Chrylogus, non posterius, quod tamen unum est probandum.

Refutatio istius Exceptionis.

79. **E**tenim veritas in se ipsa habet intrinsicam, ac essentialem repugnantiam cum falsitate ac errore. Ubi verò est intrinseca,

ac essentialis repugnantia cum falsitate, ibi sub talis repugnantia hypothesis est impossibilitas falsitatis. At verò in Romani Pontificis Sede secundum S. Chryologum, ipsomet etiam Elliesio farente, ita vivit ac præsidet B. Petrus, ut definitè & absolute loquendo præbeat quærentibus fidei veritatem. Consequens est igitur, Romanum Pontificem viventem, ac præidentem in Petri Sede, atque ex hæc Cathedrâ Apostolicâ definientem fidei veritatem, hanc ita præbere, ut jam sit impossibilitas falsitatis in fide, sicquæ ad eò Romanus Pontifex ex Cathedrâ suâ Apostolicâ decernens fidei dogmata, sit prorsus infallibilis: quomodo enim fallibilitas subsistere posset in eò cum petrâ, super quam edificata est Ecclesia, cui portas inferi prævalere, prorsus est impossibile?

ARGUMENTUM IV.

Nostratis sententiæ.

**D**efinitur hoc argumentum ex Divi Bernardi sententiâ epist. 190. ad Innocentium ita loquentis: *Oportet, inquit, ad vestrum referri apostolatum pericula quoque, & scandalavergni Dei, ea præsertim, quæ de fide contingunt, dignum namque arbitror, ibi potissimum recurrere damna fidei, ubi non possit fides sentire desectum, cui enim alteri Sedi dictum est aliquando: Orati pro te Petre, ut non desiciat fides tua?*

Exceptio Elliesij.

**E**xcipitur primò. Ex uno Bernardi officio dicto infallibilitatis privilegium Romano Pontifici tribui non posse, nisi accedat Scripturæ, & Traditionis auctoritas. Nam etiam si constaret, mentem Bernardi fuisse, his verbis Pontificem Romanum infallibilem prædicare, hujus unius auctoritas ad istud privilegium Romano Pontifici asserendam, minimè sufficeret.

*Secundò.* Non loquitur Bernardus de persona Papæ Romani, sed de Sede Petri, ac probari ex isto loco tantum potest, Romanam Ecclesiam totam non posse à fide deficere; at immeritò concluditur, Romano Pontifici soli idem privilegium competere.

*Tertio.* Loquitur Bernardus comparatè, non absolute, exaggerando Pontificis Romani auctoritatem, quâ tunc opus habebat ad Abaelardi errores proscribendos.

*Quarto.* Innocentius non putavit, hæc verba Bernardi ad se solùm pertinere, nam Abaelardi errores, licet à duobus Concilijs jam damnatos, non nisi coactò iterum Concilio proscripsit: *Nos itaque, inquit in epistola, quæ inter Bernardinas est 294. quæ in Petri Cathedrâ, cui à Domino dictum est, & tu aliquando conversus, confirma fratres tuos, lucè indigne residere conspiciuntur, communicato fratrum nostrorum consilio, destinata nobis à vestra dilectione capitula, & universa ipsius Petri Abaelardi perversa dogmata Canonum auctoritate cum suo auctore damnamus.*

Deni-

85. Denique Bernardus lib. 3. *considerat. ad Eugenium de Romanis Pontificibus*, ut errori obnoxius loquitur, præsertim c. 4. Tunc, inquit, tibi licitum censeras, suis Ecclesias mutilare membris, confundere ordinem, perturbare terminos, quos posuerunt Patres tui? Si iustitia est, curque servare suum, auferre cuiquam sua, iusto quomodo poterit convenire? Erras, si ut summam, ita & solam institutam à Deo vestram apostolicam potestatem existimas.

Refutatio istarum exceptionum.

86. Quomodo, mi Elliesi, non apertam impudentiæ notam incurris, dum in re tanti momenti, fidei dogmata nimirum contingente, Divi Bernardi dictum officiosum dicere præsumis? Quomodo hæc tua imputatio non erit dicenda redundare in ipsam Christi orationis efficaciam, dum, quam in fidei damnis relevandis auctoritatem Divus Bernardus adscribit Romano Pontifici, eam probaverat ex Christi Domini orationis efficaciam, utpote cuius soli Sedi, non alteri, ab eodem Domino nostro dictum esset: *Oravi pro te, ut non deficiat fides tua* & Dum ergo mi Elliesi, Divum Bernardum ex hæc Christi orationis efficaciam Cathedræ Apostolicæ infallibilem auctoritatem probare nitentem, præsumis de officioso dicto, ac exaggerationis excessu cogitare, quomodo non in ipsum Christum, ejusque orationis efficaciam inpegnisse merito diceris? Et hinc lubens tibi concedo, infallibilitatis in fidei rebus privilegium non ex uno Bernardi officioso, sed quæ in ipsa Christi orationis efficaciam solidè fundato verbo Divino, adstruendum esse. Quod adeo Cathedræ Apostolicæ de fidei infallibilitate privilegium, vel maxime locum habet in Romano Pontifice, intra Concilium Oecumenicum decernente, attamen ex verborum Christi proprietate noscitur subsistere, quoties Papa decernit ex iuxta Cathedræ petra, super quam ædificatur Ecclesia. Cui infallibilitati nec quidquam derogat, quod Papa in ijs, quæ facti sunt, præsertim ut persona privata, dicatur errori obnoxius.

ARGUMENTUM V.

Nostratis sententia.

87.

Latinis Patribus sit transitus ad Patres Græcos: inter quorum testimonia vel maxime elocent, quæ ex libris Thesaurorum Cyrilli laudantur à Divo Thoma multis in locis, ut in dist. 24. q. 3. art. 2. *Ut membra maneamus in capite nostro Apostolico throno Romanorum Pontificum, à quo nostrum est, quærere, quid credere, quid finire debeamus, ipsam venerantes, ipsi quoque rogantes pro omnibus, quoniam ipse solus est reprehendere, corrumpere, statuere, & disponere, solvere & ligare loco illius, qui ipsum ædificavit, & multi alij, quod suum est, & plenum, sed ipsi soli dedit, cui omnes jure Divino caput inclinant, & Primates mundi tanquam ipsi Domino testu Christo obediunt. Idem testimonium repetit in libro contra impugnantes religionem, & in opusculo contra errores Græcorum, ac de-*

mum in Catena aurea aliud sub ejusdem Cyrilli nomine testimonium refert his verbis: *Cyrillus, inquit, in libro thesauri: secundum autem hanc Domini promissionem Ecclesia Apostolica Petri ab omni seductione, hæreticæque circumventionem manet immaculata, super omnes Primates Ecclesiarum & populorum in suis Pontificibus in fide plenissima, & auctoritate Petri, & quamvis alie Ecclesie quorundam errore sint veredundate, stabilita inquisibiliter illa sola regnat, silentium imponens, & omnium obturans ora hæreticorum, &c.*

Exceptio Elliesij.

Excipitur. Hæc loca Cyrilli esse subditiua, luce clarius est. *Primo enim non extant in genuinis Thesaurorum Cyrilli libris, unde illa refert Divus Thomas; nec extare illic possunt, cum nihil faciant ad scopum, qui hic in eo totus est, ut Trinitatem ex sacris litteris probet, nec aliò excurrit. Deinde istorum locorum sensus & stylo longè abest à doctrina & stylo Cyrilli. Demum qui eos laudavit, primus est Divus Thomas, quem nemo nescit, sæpè & pius subditiua scripta, & testimonia Patrum pro veris laudasse.*

Refutatio istius exceptionis.

88. Qui ne Angelico quidem Doctore eam deterserent reverentiam, quin subditiuis scriptis usum fuisse eum inclames, convinceris hinc verborum illorum, quæ maxime esse ponderis, ipsa Divi Thomæ auctoritas probat, claritati succubuisse. Et hinc ex ejusdem Angelici Doctore præponderante auctoritate in caput tuum retorquetur tua ulterior exceptio adversus Divi Chrysothomi, Maximi, Cyrilli, & aliorum à Divo Thoma laudatorum Scriptorum testimonia, Concilijque Chalcedonenis acclamationem, maxime dum quod responsum ex S. Chrysothomo adaptatum fuerat Bulgarorum consultis, postea primum productis, ex tanti quoque Doctore auctoritate omnino potuerit speciale robur obtinere.

S. VI.

Vindicantur argumenta de prompta ex auctoritate Summorum Pontificum.

ARGUMENTUM I.

Nostratis sententia,

89. Hoc desumitur tum ex verbis epistolæ Lucij I. ita disserentis: *Ecclesia Romana Apostolica & mater Ecclesiarum omnium, quæ à tramite Apostolicæ traditionis nunquam errasse probatur, nec hæreticis novitatibus depravata succubuit, secundum ipsius Domini sollicitationem dicentis: Ego rogavi pro te Petre, &c. Eadem ferè habentur in epist. Felicis primi. Tum ex Agathonis Papæ epistola probata in Synodo VI.*

Att.

art. 4. in qua sic loquitur: *Hæc est veræ fidei regula, quam in prosperis, & in adversis vivaciter tenuit Apostolica Christi Ecclesia, quæ per Dei gratiam à tramite Apostolica traditionis nunquam errasse probatur, aut hereticis novitatibus nunquam depravata succubuit. Quia dictum est Petro: Simon, ecce satanas expetijt: Ego autem rogavi pro te Petre, &c. Hic Dominus fidem Petri non defecturam promisit. & confirmare eum fratres suos admonuit, quod Apostolicos Pontifices meæ exiguitatis Prædecessores fecisse, cunctis est agnitum.*

#### Exceptiones Elliesianæ.

90. **E**Xcipitur primò. Lucij I. & Felicis I. testimonia nullius esse momenti, utpote desumpta ex epistolis, quas subditias esse, constat apud omnes, in utraq; istâ, falsa Consulum nota earum nothecian speciatim prodit.
91. **E**Xcipitur secundò. Cùm ab Agathonis testimonio ordiamur, agnolci hinc, nullum Pontificem per quinque & amplius Ecclesiæ sæcula sibi infallibilitatem arrogasse. Deinde, non dici ab Agathone, Romanum Pontificem infallibilitatis privilegium habere, sed tantum Romanam Ecclesiam à tramite Apostolica traditionis non aberrasse, quæ assertio est *Facti*, non *Iuris*, nam ex eo, quod aliquis non erraverit, non sequitur, eum errare non posse. Denique id Agathonem non de solo Romano Pontifice dicere, hoc enim falsum fuisset, nam Liberium & Honorium à traditionis Apostolicæ tramite deviassè, ignorare non poterat, sed de Romana Ecclesia, quæ deficientibus à fide Episcopis suis, nunquam tamen à fide defecerat.

#### Refutatio istarum exceptionum.

92. **I**n primis quomodocunque, vel ex aliquo accidentario duntaxat errore nitaris Lucij I. & Felicis I. epistolas labefactare, ipsa tamen ponderosa antiquitatis autoritas prævalere merito censenda est tuæ frivolæ exceptioni.
93. **E**x Agathonis dein testimonio patet, infallibilitatem Papæ reduci in Christi Domini orationis efficaciam, promissionemque Divinam, ut vel hinc tuæ, Elliesi, exceptionis infirmitas evincatur, dum illi Apostolicæ Sedis privilegio non antiquiorem ijs temporibus originem assignis, nullo etiam respectu habito ad ejus Pontificia verba, quibus dilucidè asseruit, Prædecessores suos privilegio illi Divinitus sancito, se conformando, fratres suos confirmasse, utpote ex promissione Divina omnino certos, fidem Petri non defecturam. Et quia idem Agatho, affirmando, Romanam Ecclesiam à tramite Apostolicæ traditionis non aberrasse, hujus rationem in hoc reducit principium, quod Dominus fidem Petri non defecturam promiserit, quomodò fas fuit Elliesio, excipere, hanc Agathonis assertionem solummodò esse *Facti*, minimè verò *Iuris*. Quamvis proinde, si de Romani Pontificis personâ privatâ sit sermo, potuerit omnino contigisse, ut aberraret à fide, eò ipso tamen, quod ipso Elliesio fatente, illud in-

fallibilitatis privilegium sit Romanæ Ecclesiæ proprium, ideo negandum prolius est, Papam ex Cathedrâ Apostolicæ Petra, super quam ædificata est Ecclesia, definitentem, posse à fide aberrare.

#### ARGUMENTUM II. Nostræ sententiæ.

**I**stud argumentum petitur ab autoritate tum Nicolai I. in epist. 8. ad Michaelem Imperatorem ita scribentis: *Privilegia Sedis perpetua sunt Divinitus radicata, atque plenata: impingi possunt, transferri non possunt, quæ ante imperium vestrum fuerunt, permanent, Deo gratias, hæcenus iudicata, manebuntque post nos, quousque Christianum nomen prædicatum fuerit, illa subsistere non cessabunt.* Et mox ostendens, unde illa privilegia tam liberè prædicaret, hæc ait, nam & inter cætera is, per quem nobis præcipuè ista privilegia collata sunt, aliquando conversus, audivit à Domino: *Confirma fratres tuos.*

Tum Leonis IX. in epist. 5. ad Petrum Antiochenum, sic loquentis: *Nimirum scias est Petrus, pro quo, ne deficeret fides ejus, Dominus & Salvator asseruit, se rogasse, dicens: rogari pro te &c. quæ venerabilis & efficax oratio obtinuit, quod hæcenus fides Petri non defecit, nec defutura creditur in throno illius usque in sæculum sæculi, sed confirmabit corda fratrum variis concutiendâ fidei periculationibus, sicut usquequaque confirmare non cessavit.*

Tum Innocentij III. in Cap. *Majores de Rapis.* & ejus effectum, ita statuentis: *Majores causas, præsertim articulos fidei contingentes, ad Petri Sedem referendos intelliget, qui novit pro eo Dominum exorasse, ne deficiat fides ejus.*

#### Exceptiones Elliesianæ.

**E**Xcipitur primò. In illa præallegata Nicolai I. epistola 8. nihil dici, ex quo infallibilitas deduci possit. Privilegia Sedis suæ commendat, ea transferri non posse, & æternum permanere esse, dicit: hoc nihil ad infallibilitatem Pontificis Romani. Nam licet Ecclesiam Romanam semper subsistere, & à fide penitus non deficere, necessarium sit, haud inde sequitur, ejus Episcopum in errorem cadere non posse. Quod verò addit, Petro à quo hæc privilegia Romanæ Sedis sunt collata, dictum esse; *Et tu confirma fratres tuos, si probaret aliquid de Romano Pontifice, probaret, eum non posse in culpam cadere, quin pœnitentiam agat, & sic non posse damnari.* Addit enim Nicolaus post hæc verba: *Et tu confirma fratres tuos, siquidem & in culpam incidit Petrus, ut sciret, qualiter infirmitatis alium misereri deberet, &c.* Ergo, si idem privilegium haberent Successores Petri, quod habuit Petrus, haberent omnes donum perseverantiæ finalis, sed, ut jam dixi, Nicolaus ex his probare minimè vult, se errare non posse, sed suum esse, sollicitudinem Ecclesiarum omnium gerere, & fratres per vim oppressos adjuvare; veluti colligitur ex antecedentibus verbis.



Hæc, inquit, Ignatium Patriarcham nullâ regulâ, nullâque ordinè dictante dejectum, tanquam fratrem adjuvare compellunt: nam inter cætera is, per quem nobis sunt hæc privilegia collata, sic aliquando conversus, audivit à Domino, confirma fratres tuos. Ubi videre est, privilegia Romanæ Sedis à Nicolao commendata eò tantum spectare, ut Romanus Episcopus Ignatium Patriarcham injustè dejectum possit adjuvare.

98. *Secundò*, Præadducta verba Leonis IX. non esse ita strictè accipiendâ quasi Romanus Pontifex à fide deficere, non possit alioquin probare, cum non tantum docendo Ecclesiam, errare non posse, sed nec fidem eum posse amittere: non loquitur ergo de persona Romani Episcopi, sed de Romana Ecclesia: unde in epistola ad Michaelæ Constantinopolitanum Patriarcham, eundem Scripturæ locum allegans, ex eo probat, fidè Petri non defecturam in universa Ecclesia. Taliter inquit, sancta Ecclesia super Petrum (id est) Christum, & super Cepham, solum hominis est ædificata, quia insuper portis, disputationibus scilicet hereticorum nullatenus foret superanda, sic pollicetur ipsa veritas: Porta inferi non prævalebunt adversus eam; cuius promissionis effectû se impetrasse à Patre, Filius protestatur, dicendo ad Petrum: Ego rogavi pro te, &c. Erit ergo quisquam tanta dementia, qui orationem illius, cuius velle est posse, audeat in aliquo vacuum putare? Nône à Sede Principis Apostolorum, Romanâ videlicet, tam per eundem Petrum, quam per suos successores convicta, atque expugnata sunt omnium hereticorum commenta, & fratrum corda in fide Petri, quæ hætenus nec defecit, nec usque in finem deficiet, sunt confirmata?

99. *Tertiò*, Innocentium loco cit. unicè petere, ut majores causæ, ac præsertim fidei, ad se referantur, at ipsum non dicere, eas supremo, ac infallibili iudicio à se judicandas: nec alio sine adducit hæc verba Christi ad Petrum: Ego rogavi pro te Petre, ut non deficiat fides tua. Ergo immeritò ab Adversariis ad probandam infallibilitatem adducuntur, cum ex ijs tantum probet Innocentius, causas majores ad se referendas, & alio in loco disertè dicat, se in fide posse aberrare, & ab Ecclesia judicari, serm. scilicet 2. de consecratione Romani Pontificis, ubi sic loquitur: In tantum mihi fides necessaria est, ut cum de cæteris peccatis Deum iudicem habeam, ob peccatum, quod in fide committitur, possim ab Ecclesia judicari. Porro peccatum in fide committi non potest, de quo Ecclesia possit cognoscere & judicare, nisi fiat docendo pravum aliquod dogma. Hoc autem ipsi Innocentio contigit: consultus enim ab aliquo Abbate Cisterciensi de quodam, qui sibi confessus fuerat, se celebrasse Missas, etsi laicus esset, & sic vellet permanere, an posset in hoc casu revelare secretum confessionis, ex Consilio Cardinalium censuit Innocentius, revelandum esse in eo casu confessionis secretum. Id refert Cæsarius Cisterciensis Monachus Innocentio æqualis lib. 3. hist. memorab. cap. 32. ubi ait, Innocentij responsum

simpliciter, & absolutè datam, non solum communè Theologorum doctrinæ adversari, sed etiam videri repugnare Lateranensi Concilio, can. 21. sub eodem Innocentio celebrato.

Refutatio istarum exceptionum.

100. *In primis* Nicolaus I. eatenus statuit, privilegia Sedis suæ Apostolicæ manere perpetua, ut inter hæc etiam indefectibilitas à fide recensetur in vi Christi verborum: Confirma fratres tuos connexorum cum illis ejusdem Domini verbis: Pro terogavi, ut non deficiat fides tua. At eo ipso, quod teste Elliesio, hoc privilegium competat Sedi Apostolicæ Romani Pontificis, quæ ex Cathedrâ decernentis, oportet Romanum Pontificem, licet, dum non loquitur ex Cathedrâ, sic que in sua persona privata possit à fide deficere, attamen quatenus ex illius Apostolicæ Cathedræ Petræ, super quam Ecclesia à portis inferi semper prævalens ædificatur, fidei definit dogma, non posse ut sic ulli contra fidem errori obnoxium dici. Ex illo igitur Nicolai I. argumento manifestè evincitur Papæ, quæ ex Cathedrâ loquentis in fide infallibilitas.

101. *Deinde* Leo IX. dicendo, efficacem Christi orationem obtinuisse, ne fides Petri credatur in throno usque in sæculum sæculi defectura, apertè sancit, infallibilitatem fidei esse immobiliter connexam cum throno Apostolicæ Petri Cathedræ. At ista immobilis connexio haud subsisteret, si Papa ex Cathedrâ Apostolicæ autoritate definiendo fidei dogmata, esset errori obnoxius. Nec reverà Ecclesia Romana, super hanc immobilem Petram ædificata esset prorsus certa fidei nunquam amittendæ, nisi Cathedrâ Apostolicæ ad instar Petræ super se fundantis Romanam Ecclesiam, competere illa per Christum promissa à fide indefectibilitas. Quæ proinde fidei petræ in Cathedrâ Apostolicâ firmitas in causa est, cur majores, fidem præcipuè concernentes causæ, ad ejus iudicium referri debeant. Quod ad eò fidei iudicium oportet eo ipso esse infallibile, quod Christus non tam pro Petro personaliter spectato, quam ejus Cathedrâ perpetuâ rogavit, ne fides ipsius deficeret; uti argumentatur præcæditus Innocentius. Qui proinde Pontifex licet aliquando falsus sit, se in sua persona propria posse fidei errori obnoxium esse, attamen ejusmodi errabilitatem à suâ Cathedrâ Apostolicâ, sive à se, quæ ex hujus Petræ per Christum immobiliter firmità remotissimam pronuntiavit.

Corollarium finale.

102. *Quod ergo* Elliesius in suo præloquio desideraverat, ut Romani Pontificis ex Cathedrâ loquentis in fide infallibilitas ostendetur ex sacra Scriptura & Traditione; hoc abundè à nobis præstitum jam habetur in antecedentibus. Dum verò ulterius desiderat, quid exigatur, ut Papa dici queat loqui ex Cat-

Hhhh

Cat-

Cathedrâ, ejus rei explicationem ex Christi Domini verbis *Matth. 16.* ad Petrum definitè prolatis adferimus, quòd scilicet Papa sit loquens ex Cathedrâ, quare ex Apostolicæ suæ autoritatis petrâ, quæ in eam ædificata extat Ecclesia, fidei dogmata, seu morum decreta definit. Et quia in *secunda disquisitione præsentis 4. art.* probavimus, hanc Petræ Apostolicæ firmitatem subsistere etiam *antecedenter* ad Corporis Ecclesiæ Hierarchici unâ secum in Concilio Oecumenico coadunati consensum; idcirco non intrâ duntaxat, sed etiam extra Synodum Universalem Ecclesiæ univèrsæ *perfectè & completè* repræsentati-

vam, posse in vi auctoritatis ipsi quæ Capiti & ut sic Ecclesiam totam *Capitaliter* repræsentanti convenire, ut fidei dogmata *absolutè & definitivè* lanciando, dicendus sit statuisse ex Cathedrâ suâ Apostolicâ, atque adeò potiri, ut sic in rebus fidei infallibilitate *quoad se, & secundum rei veritatem omninò perfectâ*, licet *quoad nos, & in ordine ad protervos convincendos*, major vis sit auctoritatis *omnimodè & confirmatè* convincentis, dum suum consensum auctorizativum conjungit cum fidei & morum decretis, intrâ Synodum Oecumenicam à reliquo etiam Ecclesiæ hierarchico Corpore comprobatis.

Dei gloria, Deiparæque honor,  
ac omnium Sanctorum religiosa  
veneratio.

F I N I S.



IN.